# COMMENTARIUS

IN

# DINARCHI ORATIONES TRES.

SCRIPSIT

*CHRISTIANUS WURMIUS*,

GYMNASII NORIMBERGENSIS PROFESSOR.

NORIMBERGAE,

APUD BAUER ET RASPE.

MDCCCXXVIII.

[illegible] Et in [illegible] quidem operibus [illegible] quam multi elaboraverint, quantaque industria ac curiositate [illegible] et manu scriptos et typis excusos [illegible] omnes contulerint inter se, omniaque conquisiverint, quae ad ea vel explicanda vel emendanda pertinerent, ut in innumera editionum multitudine, quarum alia super aliam lectoris proponitur, vix superesse videatur, quod ab editoribus futuris corrigi possit. Nec minus ab hominibus eruditissimis concelebratum est studium Platonis eorumque, qui res gestas scripserunt, Herodoti, Thucydidis, Xenophontis. Ad oratores cur tam pauci

accesserint, desinet mirari, qui cogitaverit, quanta quamque difficilis multarum rerum scientia sit necessaria ad eos legendos et interpretandos, ut eadem illa ubertate et copia, qua allici debebant homines deterrerentur. Afferenda enim est accurata cognitio sermonis Attici; nam oratorum loquendi consuetudo non est tam prompta et expedita, qualis Platonis et Xenophontis esse solet. Cognoscenda praecepta oratoria, quae qui non tenuerit, saepe in artificiis haerebit. Accedat oportet non medioocris scientia juris, judiciorum, legum, magistratuum, quae res diu jacebant in tenebris. Grammatici enim et scholiastae, qui in ea re magistri sunt nostri, si quid minus intelligebant, multa et varia temere comminiscentes facile se ex difficultatibus expedire solebant, traxeruntque auctoritate sua homines intelligentes, qui aliquid iis tribuendum putarunt; et, qui omnium optimus earum rerum est auctor, Harpocration, multa quidem tradidit et praeclara, sed inchoata pleraque et imperfecta, neque ea certo aliquo ordine descripta, sed dispersa et disjecta, ut non nisi homines docti habitantesque in eo litterarum genere invenire aliquid et eruere possint. Necessaria praeterea est cognitio rerum gestarum, quae itidem magnis tenebris sunt

circumfusae, cum oratores res easdem alii aliter, prout fert genus causarum, soleant narrare multoque saepe inter eos major, quam inter caeteros scriptores de rebus gestis sit controversia.

Sed quo majores difficultates habet oratorum interpretatio, eo magis laudanda atque admiranda eorum industria est, qui nihil ea re deterrebantur, quominus huic studio multum temporis et operae impertirent. In his praestantissimi et ingenio et doctrina numerandi sunt Henricus Stephanus Gallus et Hieronymus Wolfius Germanus; quorum uterque plurimum opitulatus est ad oratorum scripta accuratius tractanda et intelligenda. Hos magno intervallo consecutus est Taylorus Anglus, qui editores superiores aequavit sermonis Graeci scientia, morum, legum, juris cognitione etiam superavit. Tayloro apud Germanos successit Reiskius, homo singulari ingenii acumine, qui quamvis nulla re praeterquam ingenio satis paratus hanc provinciam susceperit, multa temere et inconsulte mutaverit, plura etiam depravata reliquerit, tamen optime de hoc litterarum genere meritus esse existimandus est; nam non solum complures codices et editiones veteres inter se contulit et

superiorum animadversiones adjecit, sed etiam ipse qua erat admirabili mentis acie plurima menda a librariis profecta investigavit eaque aut correxit aut notavit; magnae etiam utilitatis sunt indices rerum et verborum, quos partim ipse confecit partim ab aliis est mutuatus. Nostra aetas duas vidit editiones, quarum alteram typis describendam curavit Neophytus Ducas, de qua, quum in hac urbe non invenerim, existimare non possum *); alteram Bekkerus edidit homo ingeniosissimus scientissimusque linguae Graecae cum universae tum praecipue consuetudinis Atticae. Hic summa cura et diligentia codices plurimos pervestigavit, omnia, in quibus inter se discreparent, in editionem suam transcripsit, eaque re maximum adjumentum subministravit iis, qui deinceps hoc idem munus aut susceperunt aut suscepturi sunt. Atque haec editio omnibus superioribus longe multumque praestat. Sed duas res in ea desideramus summe necessarias et utilissimas, explanationem locorum obscurorum et difficilium intellectu, eorumque qui sunt vel corrupti, vel incerti et dubii, inquisitionem criticam; in

*) V. Pinzgerus in prooemio ad Lycurgi orat. ed. maj. p. 59.

quibus locis si diutius constitisset Bekkerus et ipse nonnulla melius tractasset et successoribus suis campum liberiorem aperuisset, quibus interdum summi viri et doctissimi auctoritas pro rationibus suffecit. Ad has editiones accesserunt aliae orationum et oratorum singulorum, in quibus commemorandae sunt inprimis eae, quas debemus Beckio, Friderico Augusto Wolfio, Spaldingio, Buttmanno, Wunderlichio, Orellio, Corayo, Godofredo Henrico Schäfero, Bremio, Guilielmo Dindorfio, Pinzgero.

Secundum editores plurimum huic studio profuerunt ii, qui nostra memoria antiquitatem Atticam, jus, judicia explicarunt, quas res nemo ante diligentius tractaverat, nec erat unde petere possent studiosi. Horum in numero reponendi sunt Fridericus Augustus Wolfius, Boeckhius, Matthiae, Platnerus, Hudtwalkerus, Schoemannus, Mauritius Hermannus Eduardus Meierus, qui quae res antea in Graecorum scriptis et in libris grammaticorum veterum diffusae jacebant ac dispersae, diligentissime investigarunt easque dispositas et in certa quaedam genera descriptas subtilissime pertractarunt. Ita virorum omni doctrinae laude praestantium beneficio et

industria communi factum est, ut sublatis difficultatibus plurimis et impedimentis, quae homines singuli nullo labore poterant superare, vigere jam coeperit oratorum studium.

Haec ob eam rem longius repetenda esse judicavi, quod maximopere pertinerent ad orationes Dinarchi, quas hoc volumine interpretari et emendare institui. Nunc ad ipsum Dinarchum transeamus. Dicam autem perbreviter primum de eo, quo Dinarchus est usus sermonis genere et orationis, deinde quantum profecerint editores exponam et quam ego secutus sim rationem.

Est igitur genus sermonis Atticum, purum, elegans neque ita multum differens ab eo, quo usi sunt summi oratores Aeschines et Demosthenes; oratio autem interdum est aspera, horrida et incomta, ut facile animadvertas ferocitatem quandam ingenii et similitudinem Demosthenis. Sed hoc loco non praetereundum esse videtur Hermogenis rhetorici de Dinarcho judicium, qui in hunc modum scribit *): Dinarchus — cum sit politicus et quantum fieri

*) Hermogenis etc. de arte rhetorica praecepta — nuper in latinum sermonem versa. Basileae apud Petrum Pernam p. 321.

Atticam et incorruptam perdiscere, qui mores atque instituta populi Atheniensis, qui res gestas nosse cupiant, oratores inprimis sunt adhibendi, nec iis, qui vel ad artem dicendi se applicarunt, vel ad civitatem regendam, illustriora exempla ad imitandum sunt proposita. Has tot tantasque utilitates cum habeant oratores, mirum profecto videbitur, unde factum sit, ut tam pauci ad eorum studium se contulerint? Atque hoc non ignavia quadam seculi et inertia ita evenisse in poëtarum scriptis cerni licet, in quibus interpretandis et perpoliendis multi excellentissimis homines ingeniis plurimum operae laborisque consumserunt. Et in Tragicorum quidem operibus difficile est enumerare, quam multi elaboraverint, quantaque industria ac curiositate libros et manu scriptos et typis excusos tantum non omnes contulerint inter se, omniaque conquisierint, quae ad ea vel explicanda vel emendanda pertinerent, ut in innumera editionum multitudine, quarum alia super aliam lecturis proponitur, vix superesse videatur, quod ab editoribus futuris corrigi possit. Nec minus ab hominibus eruditissimis concelebratum est studium Platonis eorumque, qui res gestas scripserunt, Herodoti, Thucydidis, Xenophontis. Ad oratores cur tam pauci

accesserint, desinet mirari, qui cogitaverit, quanta quamque difficilis multarum rerum scientia sit necessaria ad eos legendos et interpretandos, ut eadem illa ubertate et copia, qua allici debebant homines deterrerentur. Afferenda enim est accurata cognitio sermonis Attici; nam oratorum loquendi consuetudo non est tam prompta et expedita, qualis Platonis et Xenophontis esse solet. Cognoscenda praecepta oratoria, quae qui non tenuerit, saepe in artificiis haerebit. Accedat oportet non mediooris scientia juris, judiciorum, legum, magistratuum, quae res diu jacebant in tenebris. Grammatici enim et scholiastae, qui in ea re magistri sunt nostri, si quid minus intelligebant, multa et varia temere comminiscentes facile se ex difficultatibus expedire solebant, traxeruntque auctoritate sua homines intelligentes, qui aliquid iis tribuendum putarunt; et, qui omnium optimus earum rerum est auctor, Harpocration, multa quidem tradidit et praeclara, sed inchoata pleraque et imperfecta, neque ea certo aliquo ordine descripta, sed dispersa et disjecta, ut non nisi homines docti habitantesque in eo litterarum genere invenire aliquid et eruere possint. Necessaria praeterea est cognitio rerum gestarum, quae itidem magnis tenebris sunt

circumfusae, cum oratores res easdem alii aliter, prout fert genus causarum, soleant narrare multoque saepe inter eos major, quam inter caeteros scriptores de rebus gestis sit controversia.

Sed quo majores difficultates habet oratorum interpretatio, eo magis laudanda atque admiranda eorum industria est, qui nihil ea re deterrebantur, quominus huic studio multum temporis et operae impertirent. In his praestantissimi et ingenio et doctrina numerandi sunt Henricus Stephanus Gallus et Hieronymus Wolfius Germanus; quorum uterque plurimum opitulatus est ad oratorum scripta accuratius tractanda et intelligenda. Hos magno intervallo consecutus est Taylorus Anglus, qui editores superiores aequavit sermonis Graeci scientia, morum, legum, juris cognitione etiam superavit. Tayloro apud Germanos successit Reiskius, homo singulari ingenii acumine, qui quamvis nulla re praeterquam ingenio satis paratus hanc provinciam susceperit, multa temere et inconsulte mutaverit, plura etiam depravata reliquerit, tamen optime de hoc litterarum genere meritus esse existimandus est; nam non solum complures codices et editiones veteres inter se contulit et

superiorum animadversiones adjecit, sed etiam ipse qua erat admirabili mentis acie plurima menda a librariis profecta investigavit eaque aut correxit aut notavit; magnae etiam utilitatis sunt indices rerum et verborum, quos partim ipse confecit partim ab aliis est mutuatus. Nostra aetas duas vidit editiones, quarum alteram typis describendam curavit Neophytus Ducas, de qua, quum in hac urbe non invenerim, existimare non possum *); alteram Bekkerus edidit homo ingeniosissimus scientissimusque linguae Graecae cum universae tum praecipue consuetudinis Atticae. Hic summa cura et diligentia codices plurimos pervestigavit, omnia, in quibus inter se discreparent, in editionem suam transcripsit, eaque re maximum adjumentum subministravit iis, qui deinceps hoc idem munus aut susceperunt aut suscepturi sunt. Atque haec editio omnibus superioribus longe multumque praestat. Sed duas res in ea desideramus summe necessarias et utilissimas, explanationem locorum obscurorum et difficilium intellectu, eorumque qui sunt vel corrupti, vel incerti et dubii, inquisitionem criticam; in

*) V. Pinzgerus in prooemio ad Lycurgi orat. ed. maj. p. 59.

quibus locis si diutius constitisset Bekkerus et ipse nonnulla melius tractasset et successoribus suis campum liberiorem aperuisset, quibus interdum summi viri et doctissimi auctoritas pro rationibus suffecit. Ad has editiones accesserunt aliae orationum et oratorum singulorum, in quibus commemorandae sunt inprimis eae, quas debemus Beckio, Friderico Augusto Wolfio, Spaldingio, Buttmanno, Wunderlichio, Orellio, Corayo, Godofredo Henrico Schäfero, Bremio, Guilielmo Dindorfio, Pinzgero.

Secundum editores plurimum huic studio profuerunt ii, qui nostra memoria antiquitatem Atticam, jus, judicia explicarunt, quas res nemo ante diligentius tractaverat, nec erat unde petere possent studiosi. Horum in numero reponendi sunt Fridericus Augustus Wolfius, Boeckhius, Matthiae, Platnerus, Hudtwalkerus, Schoemannus, Mauritius Hermannus Eduardus Meierus, qui quae res antea in Graecorum scriptis et in libris grammaticorum veterum diffusae jacebant ac dispersae, diligentissime investigarunt easque dispositas et in certa quaedam genera descriptas subtilissime pertractarunt. Ita virorum omni doctrinae laude praestantium beneficio et

industria communi factum est, ut sublatis difficultatibus plurimis et impedimentis, quae homines singuli nullo labore poterant superare, vigere jam coeperit oratorum studium.

Haec ob eam rem longius repetenda esse judicavi, quod maximopere pertinerent ad orationes Dinarchi, quas hoc volumine interpretari et emendare institui. Nunc ad ipsum Dinarchum transeamus. Dicam autem perbreviter primum de eo, quo Dinarchus est usus sermonis genere et orationis, deinde quantum profecerint editores exponam et quam ego secutus sim rationem.

Est igitur genus sermonis Atticum, purum, elegans neque ita multum differens ab eo, quo usi sunt summi oratores Aeschines et Demosthenes; oratio autem interdum est aspera, horrida et incomta, ut facile animadvertas ferocitatem quandam ingenii et similitudinem Demosthenis. Sed hoc loco non praetereundum esse videtur Hermogenis rhetorici de Dinarcho judicium, qui in hunc modum scribit *): Dinarchus — cum sit politicus et quantum fieri

*) Hermogenis etc. de arte rhetorica praecepta — nuper in latinum sermonem versa. Basileae apud Petrum Pernam p. 321.

potest perspicuus ac verus et probabilis, multum habet et vehementiae et asperitatis secundum sententiam et methodum at secundum ipsam dictionem minus est vehemens. Est enim vehemens prorsus et asper secundum ea, quae pertinent ad dictionem, ut figuras, membra, compositiones, terminationes, numeros; quamobrem minus accurata est illi oratio; est tamen velox et non mediocriter gravis, vel potius videtur esse gravis, quam sit, cum hujusce gravitatis magis sit particeps. Sed ut universe loquar multum habet hic vir Demosthenicum *) ob asperitatem, celeritatem, vehementiam, ita ut nonnulli non injucunde in hunc dicterium jacientes, eum hordeaceum Demosthenem appellaverint. Hoc hominis acutissimi judicium verissimum esse quivis intelliget, qui vel semel animo attento Dinarchi orationes perlegerit.

Editiones harum orationum legi tres Reiskii, Bekkeri, Schmidtii. Reiskius et post eum Schmidtius in editiones suas transcripserunt omnia, quae Hieronymus Wolfius et Henricus

---

*) V. Dionysius Halic. in libro, quem de Dinarcho conscripsit, in orat. graec. ed. Reiskii T. VIII, p. 418 et p. 420.

Stephanus ad has orationes explicandas et emendandas contulerunt. Ad haec Schmidtius librorum manu scriptorum *) discrepantias a Bekkero notatas non indiligenter descripsit; ipse vero nihil omnino contulit, quod esset laude aliqua dignum **) et ne indices quidem editionis Reiskianae adauxit ***).

---

*) Usus est Bekkerus codicibus quatuor recentibus, A. (id est) Crippsiano, B. Laurentiano, L. Marciano, Z. Vratislaviensi. Inter hos qui et bonitate et integritate praestat, Crippsianus membraceus est. — Ad Crippsiani laudem ut proxime accedit Laurentianus, ita inter Marcianum et Vratislaviensem incredibilis mendarum maxime et lacunarum communio. Bekkerus orat. Attic. T. I, p. 1.

**) V. Pinzgeri de hac Schmidtii editione judicium in Annal. Philol. ed. Jahn. T. III, fasc. II, p. 76—86.

***) Dimidiam partem vocabulorum a Reiskio in indicibus praetermissam esse, demonstrabo h. l. ex indice Dinarcheo, ut admoneam eos, qui indicibus uti solent, ne temere iis credant. Afferam autem verba a littera *α* incipientia omnia, quae Reiskius praetermisit. *ἀγαθός. ἀγαθόν. ἀδελφός. ἀδίκημα. ἀδίκως. ἄδοξος. ἀδωροδόκητος. αἰσχύνεσθαι. αἰτεῖν. αἴτιος. ἀκόλουθος. ἀκολούθως. ἀκούειν. ἀκριβῶς. ἀκυροῦν. ἀληθής. ἀληθινός. ἁλίσκισθαι. ἀλλά. ἀλλήλων. ἄλλοθι. ἄλλος. ἀλλότριος. ἀλυσιτελής. ἁμαρτάνειν. ἁμάρτημα. ἁμαρτία. ἀμελεῖν. ἀμύνεσθαι. ἀμφότεροι. ἀναβαίνειν. ἀναγινώσκειν. ἀναγκάζειν. ἀναγκαῖος. ἀνάγκη. ἀνάθημα. ἀναίδεια. ἀναιρεῖν. ἀναμένειν.*

Multa quidem Hieronymus Wolfius et Henricus Stephanus explanarunt, multa emendarunt, nonnulla vero, ut fere fit in tanta opinionum multitudine et varietate, correctione ipsa deteriora fecerunt; plurimum etiam Dinarcho profuit Bekkeri cura et diligentia, qui adhibitis codicibus quatuor non paucas editorum superiorum opiniones confirmavit, et ipse nonnulla correxit, sed tamen eundem Bekkerum interdum errasse, nonnullaque reliquisse, quae emendatione aliqua indigerent, neminem confido infitias iturum, qui animo libero haec mea leget. Neque tamen ego id ago, ut officiam atque obstem auctoritati praeclari illius

---

ἀναμιμνήσκεσθαι. ἀνάξιος. ἀνάστατος. ἀνδρεῖος. ἀνέδην. ἀνήρ. ἄνθρωπος. ἀντειπεῖν. ἀντιπολιτεύεσθαι. ἀξίωμα. ἀπαγορεύειν. ἀπαιτεῖν. ἀπαλλάττεσθαι. ἅπαξ. ἅπας. ἄπειρος. ἀπέρχεσθαι. ἀπέχεσθαι. ἄπιστος. ἁπλῶς. ἀπόγονος. ἀποδεικνύναι. ἀπόδειξις. ἀποδημία. ἀποδίδοσθαι. ἀποδιδράσκειν. ἀποθνήσκειν. ἀποκρύπτεσθαι. ἀποκτείνειν. ἀπολαύειν. ἀπολείπειν. ἀπολλύναι. ἀπολογία. ἀπολύειν. ἀπόνοια. ἀποστέλλειν. ἀποστρέφειν. ἀπόφασις. ἄπρακτος. ἆρα. ἄρα. ἀργύριον. ἁρπάζειν. ἀῤῥήν. ἀρτίως. ἀρχαῖος. ἄρχειν. ἄρχεσθαι. ἀσεβής. ἀσθένεια. ἀσθενής. ἀστυγείτων. ἀσφάλεια. ἀτιμώρητος. ἄτοπος. ἀτυχεῖν. ἀτύχημα. αὐτίκα. αὐτόνομος. αὐτός. ἀφαιρεῖσθαι. ἄφεσις. ἄχθεσθαι. ἄχρηστος. Inde intelligi licet quam multa omiserit in verbis iis, quae attulit.

viri aut de merita ejus laude et gloria detraham, sed ut quantum erit in me prosit aliquid huic studio haec mea industria.

Jam paucis absolvam de consilio meo, et de ratione, quam in tractandis Dinarchi orationibus sim secutus. Primum igitur explicare studui, quae editores superiores minus recte intellexerunt aut praetermiserunt; tum et refutare, quae temere ac nulla ratione mutari voluerunt, et confirmare, quae recte emendaverunt; postremo corrigere ac notare, si qua inveterata vitia animadvertere mihi videbar. Qua in re id maxime operam dedi, ut exponerem, qui esset Dinarchi proprius mos loquendi, quibusque verbis uti soleret, atque ut ex ipsius potissimum orationibus argumenta et exempla sumerem; si Dinarchus non suffecit, Atticorum scripta adhibui et eorum, qui sermonem Atticum imitari solent, omniaque undique quoad facere potui *) conquisivi ad sententiam meam confirmandam; nonnunquam etiam non ab re esse duxi linguam Latinam cum Graeca contendere. Sed antequam finem faciam prooemio hanc veniam

*) Multis enim libris, quos evolvere cupivi, carebam.

locorum similitudine ductus, quae Heindorfii conjectura confirmata est quatuor Bekkeri codicibus, in quibus est: ἡ παρὰ τῶν νόμων ζημία θάνατος. Apud Demosthenem p. 420: Ἀθηναίων — θάνατον ζημίαν ψηφισαμένων ἄν τις — itidem τὴν ζημίαν emendandum esse existimo, ut est in quatuor codicibus a Bekkero collatis; quae emendatio multis comprobatur exemplis. Demosth. p. 380: ὁ νόμος θάνατον τὴν ζημίαν κελεύει εἶναι. p. 381. p. 433. Isocrat. in Callim. c. 23. Sed apud Aeschinem p. 110: προκειμένης ἑκατέρῳ ζημίας ἐκ τοῦ νόμου θανάτου, cum in omnibus codd. articulus sit omissus, quorum codicum longe major est numerus, majorque auctoritas, quam Dinarcheorum, mutare non audeo, quamquam legitur apud Isocratem de Pace c. 7. θανάτου τῆς ζημίας ἐπικειμένης, ἥν τις — Jam unde egressa est disputatio haec nostra, revertar.

Dinarchus p. 40: καὶ ὁ δημαγωγὸς ὑμῖν, ἐν ᾧ τὰς ἐλπίδας ἔχουσί τινες, ἐπ' αὐτοφώρῳ χρήματα λαμβάνων εἴληπται. quod convertit Pinzgerus: euer Demagog. Annal. Philol. Jahnii T. III, fasc. II, p. 97. Dinarch. p. 97: ἔπειτα ὑποστείλασθαί τι δεῖ πρὸς τὸν τοιοῦτον ὑμῖν. quo loco Reiskius „aut in vitio est ὑμῖν, aut inter haec duo vocabula deest aliquid, exempli causa πεφασμένον aut φωραθέντα.“ Demosthenes p. 515: ὅσα παρ' ἐμοῦ προσῆκε φυλαχθῆναι, πάντα δικαίως ὑμῖν τετήρηται, quo loco Reiskius ὑμῖν non solum non supervacuum, sed etiam necessarium esse dicit; contra Schaeferus „ὑμῖν si omisisset orator vix quemquam desideraturum esse contendo.“ Demosth. p. 789: καλῶν γε ἔργων ὁ ῥήτωρ δημιουργὸς ὑμῖν γέγονεν. In his dativus ita est positus, ut significetur, magnopere pertinere eam rem, de qua dicatur, ad audientium conditionem

ratio-

rationemque, ut ea re excitentur animi audientium. Vide Ramshornii Gramm. Lat. p. 205: die Personalpronomina mihi, tibi, sibi, nobis, vobis zeigen oft nur eine entfernte Theilnahme an, oder, dafs eine Handlung für die genannte Person ein gewisses Interesse habe. Saepe hic dativus reperitur cum demonstrativis ὅδε, οὗτος, τοιοῦτος, τηλικοῦτος conjunctus, ut apud Dinarchum p. 1. ὁ δημαγωγὸς ὑ μῖν — ο ὗ τ ο ς. p. 97: τ ο ι ο ῦ τ ο ς ὑ μῖν. Isocrates in Paneg. c. 5: τὰ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ὑπάρξαντα — τ η λ ι κ α ῦ θ' ἡ μ ῖ ν τὸ μέγεθός ἐστιν. Sophocles in Aj. v. 896: Αἴας ὅδ' ἡ μ ὶ ν ἀρτίως νεοσφαγὴς κεῖται. v. 1210: Ἀγαμέμνον' ἡ μ ι ν δ ε ῦ ρ ο τ ό ν δ' ὁρμώμενον. Eurip. Hipp. v. 178: τ ό δ ε σ ο ι φέγγος λαμπρόν, ὅδ' αἰθήρ. v. 797: οὐκ εἰς γέροντας ἥ δ ε σ ο ι τείνει τύχη. Plato Theaetet. p. 143, c. ἐμοί τε εἰπεῖν καὶ σοὶ ἀκοῦσαι πάνυ ἄξιον, οἵ ῳ ὑ μ ῖ ν τῶν πολιτῶν μειρακίῳ ἐντετύχηκα. ibid. d. Quem dativum Heindorfius pro genitivo positum esse existimavit. In quo tamen recte ab eo dissentire mihi videor. Conf. Heindorf. et interpr. ad Thucyd. I, c. 6. Hoc loco exemplum hujus dativi, quod in Dinarchi oratione adhuc exstat, tollere tentabo. p. 5: προορῶσα ἡ βουλὴ ὦ ἄνδρες τὴν τούτων ἰσχὺν καὶ τὴν ἐν τῷ λέγειν καὶ πράττειν δύναμιν, οὐκ οἰομένη δὲ δεῖν οὐδεμίαν ὑπολογίζεσθαι τῶν περὶ αὐτῆς ἐσομένων βλασφημιῶν, ε ἴ τ ι ς μ έ λ λ ε ι τ ῇ π α τ ρ ί δ ι α ὐ τ ο ῖ ς α ἰ τ ί α μ ο χ θ η ρ ὰ κ α ὶ κ ί ν δ υ ν ο ς ἔ σ ε σ θ α ι. Ita Bekkerus hunc locum constituit. Reiskius ediderat: εἴ τις μέλλοι τῇ πατρίδι αὐτῆς. μέλλει est in codd. A B. μέλλῃ in L Z. αὐτοῖς in B L. τῇ πατρίδι αὐτῆς id est Areopagi minime convenire h. l. facile est intellectu; est enim sententia: Areopagitae non existimaverunt convicia illa, quae in

se Demosthenes esset congesturus, sibi fugienda esse, si (tum, cum convicia illa ipsi fugissent) civitas in periculum aliquod aut infamiam incurreret. Apparet igitur aut tollendum esse pronomen αὐτῆς aut emendandum aliquid hoc loco. Bekkerus scripsit αὐτοῖς, dativum, ut videtur, pro genitivo poni existimans; illud autem non reprehenderim, quod pluralem numero singulari anteposuit. Solent enim scriptores Attici verbo βουλὴ, ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή pluralem fere adjungere, ut Aeschines p. 408: οὐκ ἄρα στεφανώσεται ἡ βουλή; οὐδὲ γὰρ πάτριόν ἐστιν αὐτοῖς. Dinarchus pag. 41: ἡ βουλὴ ζητεῖ — τὰ γεγενημένα παρ' αὐτοῖς ἀδικήματα; quo loco Hieronymus Wolfius sine causa παρ' αὐτῇ vult emendari. Vide Dinarch. p. 9. Atticista anonymus apud Villois. in anecdotis Tom. II, p. 84: ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ὦ βουλευταί, ὦ βουλὴ λέγουσιν (οἱ Ἀττικοί). Quanquam ne pluralis quidem numerus est necessarius vide Dinarch. p 5: ζητεῖν τὴν βουλὴν, ὡς αὐτῇ πάτριόν ἐστιν. et hoc ipso loco: τῶν περὶ αὐτῆς ἐσομένων βλασφημιῶν. vide quae dicemus ad p 32. Displicet igitur hoc loco non quidem numerus pluralis, sed et pronomen ipsum et casus dativus. Atque haec difficultas omnis evanescet interposita praepositione δι' (διά), ut scribatur: εἴ τις μέλλει τῇ πατρίδι δι' αὐτῆς αἰτία μοχθηρὰ — ἔσεσθαι. Indicativo tamen, quamquam non alienus est a ratione linguae Graecae, praeferendum esse existimo optativum, quod Areopagitarum tota haec est sententia. Simillimus est locus Xenophontis in Agesilao c. 2, 25: χρημάτων ἑώρα τὴν πόλιν δεομένην, εἰ μέλλοι τινὰ σύμμαχον ἕξειν — οὐδ' ᾐσχύνετο, εἰ μέλλοι τὴν πόλιν ὠφελήσειν, πρεσβευτὴς ἐκπορευόμενος. Vide Kruegerum

ad Xenoph. Anab. VII, 1, 39. Indicativus eodem modo est positus apud Platonem in legg. lib. VII, p. 811, a. Alcibiad. II, p. 140, c. Pro αὐτῆς malim α ὑ τ ῆ ς. — Quid sit α ἰ τ ί α μ ο χ θ η ρ ά intelligitur ex p. 48: τὴν πατρίδα κινδυνεύουσαν ὑπὲρ δόξης. p. 65: περὶ αἰσχρᾶς αἰτίας κοινῇ πάντες ἀγωνιζόμεθα. cf. p. 95. p. 102. p. 4. p. 72. p. 29. p. 64. p. 32.

Ad eum dativi usum, de quo paullo ante disserui, pertinent etiam ea, quae proponit Wyttenb. ad Phaedon. p. 268: τ α ῦ τ α ἔ χ ε ι ἡ μ ῖ ν ο ὕ τ ω ς. aliaque id genus. Vide Matth. Griechische Grammatik zum Schulgebrauch §. 387 et §. 389.

Similis est usus dativi in dictionibus iis, in quibus nomen cum verbo conjungitur, totaque dictio refertur ad objectum aliud, quod dicunt remotius. In his cum tota dictio refertur ad objectum remotius dativus poni solet, cum autem substantivum tantum ad illud objectum refertur, genitivus. Dativus quum his dictionibus adjungitur, major est vis atque ἐνάργεια totius sententiae. Caesar de bello Gall. lib. VII, c. 84: clamor, qui post tergum pugnantibus exstitit. Quem dativum egregie illustravit Herzogius his verbis: Dieser Dativ — gehört zu den feinen Wendungen des Styls da, wo man oft den Genitiv erwartet. Er ist auch unserer Sprache nicht fremd, und drückt o f t e i n p s y c h o l o g i s c h e s o d e r m o r a l i s c h e s Verhältnifs aus, das im Verbo liegenden Prädikats auf das Objekt. Post tergum pugnantium wäre im Rücken der K ä m p f e n d e n ü b e r h a u p t und a l l g e m e i n, ohne die feine Schattirung: den Fechtenden im Rücken d. i. um so gefährlicher und bedenklicher. Hoc idem discrimen quodammodo obtinet inter *eripere rem alicujus*, et *eripere rem ali-*

*cui*. Illud enim est eripere, quod alter possidet, hoc autem est jus alterius violare, per vim alicui eripere aliquid, quod habet, sive sit proprium ejus ipsius, cui eripitur, sive depositum ab alio et creditum. Cicero de officiis lib. II, c. 3: quorum error eripiendus est. pro Quintio c. 11: hominis propinqui sanguinem vitamque eripere. cf. in Verrem II, II, c. 19. C. Nepos in Alcibiade c. 10: Etsi *ei* gladius erat subductus, *familiaris sui* subalare telum eripuit. Non familiari suo per vim telum eripuit. Graeci cum verbis περιαιρεῖσθαι, ἀφαιρεῖσθαι, λαμβάνειν τι fere semper genitivum conjungunt. Varia ejus generis exempla apponam, quae lectoribus dijudicanda relinquo. *accidere*, *adlabi*, *procumbere ad genua alicujus* et *alicui*, προσπίπτειν πρὸς τὰ γόνατά τινι et τινός. *humerum transfigere alicui* et *alicujus*, *funus facere*, *ludos*, *aedem*, *templum* etc. *facere*, *vovere*, *dedicare alicujus* et *alicui* vide Drakenb. ad Liv. lib. 27. c. 11. Aeschines p. 546: ἱερὰ ἱδρύσατο Παυσανίου. Eurip. Hipp. v. 31: Φαίδρα — ναὸν Κύπριδος καθείσατο. Diodor. Sic. T. I, p. 307. ed. Wesselingii: ἱδρύσατο ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης. atque ita saepius locutus est Pausanias et saepius in ea re Graeci genitivo utuntur, quam dativo. *Minuere*, *frangere*, *restituere*, *reficere animum*, *spem alicui* et *alicujus*, *pater mihi moritur*, et *pater meus moritur*. Si quis *patrem sibi mortuum* esse dicit, is magnum se incommodum accepisse, magnam jacturam fecisse, patrisque morte permotum esse animo ostendit. Eurip. ap. Plutarch. Moral. T. I, p. 386. ed. Wyttenb. Lips. τεθνᾶσι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν. Sophocl. Oedip. Col. 1714: ἔρημος ἔθανες ὧδέ μοι. Aristoph. Thesmoph. v. 452: ἐμοὶ γὰρ ἀνὴρ ἀπέ-

θανε μὲν ἐν Κύπρῳ. Lucianus T. VII, p. 212. ed. Bipont. οἴχῃ μ ο ι καὶ τέθνηκας. p. 37: ὦ Ζεῦ τὸν πατέρα μ ο ι ταχέως ἀποθανεῖν. Demosthenes p. 1330: τελευτήσαντος α ὐ τ ῷ τοῦ ἀδελφοῦ βιαίῳ θανάτῳ, τοιοῦτος ἐγένετο περὶ αὐτὸν οὗτος (Theocrines) ὥστ' ἀναζητήσας τοὺς δράσαντας καὶ πυθόμενος οἵτινες ἦσαν, ἀργύριον λαβὼν ἀπηλλάγη. Orator dixit τελευτήσαντος αὐτῷ τοῦ ἀδελφοῦ, ut Theocrinis impietatem exprimeret, atrocitatemque ejus rei augeret, αὐτῷ, ei mortuus est, Theocrines fratrem amisit, tamque erat impius, ut necem fratris, quae ad eum ipsum maximopere pertinebat, non solum non ulsçisceretur, sed etiam pecunia accepta dimitteret fratris interfectores. Aeschines p. 469: ἑβδόμην ἡμέραν τῆς θυγατρὸς α ὐ τ ῷ (Demostheni) τετελευτηκυίας — στεφανωσάμενος καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβών. Ita Aeschines, qui Demosthenem impietatis voluit incusare; Plutarchus autem *narrat* (sine ira) in vita Demosth. c. 22: ἑβδόμην ἡμέραν τῆς θυγατρὸς α ὐ τ ο ῦ τεθνηκυίας — Dinarchus p. 87: τοσοῦτον δ' ἀπολέλοιπε (Aristogiton) τοῦ πατρὸς μνῆμά τι ἔχειν ὦ 'Αθηναῖοι δεῖξαι, ὥστ' οὐδ' ἐν 'Ερετρίᾳ τοῦ πατρὸς α ὐ τ ο ῦ τελευτήσαντος τὰ νομιζόμενα ἐποίησεν αὐτῷ. sine dubio emendandum est: τοῦ πατρὸς α ὐ τ ῷ τελευτήσαντος, ne genitivi duo concurrant. Atque ita scriptum est in cod. Z. Plura etiam exempla afferam, quorum in aliis dativus significatione ea, qua supra diximus, est positus, in aliis autem nihil videtur ab genitivo differre. Isocrat. in Aeginet. cap. 3: τοῦ ἀδελφοῦ Σωπόλιδος α ὐ τ ῷ πρότερον τετελευτηκότος; ita Bekkerus edidit ex cod. Vatik., pro eo, quod in edd. et in caeteris codd. erat: αὐτοῦ. Demosth. p. 1083: τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς α ὐ τ ο ῖ ς. p. 1010: τοῦ ἀνδρὸς α ὐ τ ῇ

τελευτήσαντος, quo loco codex r., in quo multa insunt menda, habet: αὐτῆς. Plato in Phaedone p. 89, b: ἐάνπερ ἡ μῖν ὁ λόγος τελευτήσῃ καὶ μὴ δυνώμεθα αὐτὸν ἀναβιώσασθαι. Schleiermacherus: Wenn nämlich unsere Rede stirbt. Xenoph. Cyrop. VIII, 7, 1: ὁ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ πάλαι — ἐτετελευτήκεσαν αὐτῷ. ibid. I, 4, 2: ὑπερεφοβεῖτο μή οἱ ὁ πάππος ἀποθάνῃ. Lucian. T. VIII, p. 250. Aelian. Var. Hist. IX, c. 25. III, c. 2. et c. 3. Phalar. epist. p. 106. ed. Lips. Libanius T. I, p. 30. ed. Altenburg. et p. 36. Livius lib. 29, c. 29: Militanti pro Carthaginiensibus in Hispania pater *ei* moritur. Vide Locell. ad Xenoph. Ephes. p. 273. Genitivus positus est apud Aeschinem p. 167: ὧν οἱ μὲν πατέρες τετελευτήκεσαν, αἱ δὲ μητέρες διῴκουν τὰς οὐσίας. Isaeum p. 55: τὰς οὕτω δοθείσας (γυναῖκας), ἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν τελευτήσῃ μὴ καταλιπὼν αὐταῖς γνησίους ἀδελφούς, τοῖς ἐγγύτατα γένους ἐπιδίκους ὁ νόμος εἶναι κελεύει. Xenoph. Cyrop. IV, 2, 3: ὅτι — τεθναίη ὁ ἄρχων αὐτῶν. Isocrat. de Big. c. 11: ὁ γὰρ πατὴρ αὐτοῦ μαχόμενος ἐν Κορωνείᾳ — ἀπέθανεν. Euripides Phoeniss. v. 1368. et saepius. Plutarch. Moral. T. I, p. 372. et 414. Cicero in Verrem II, II, c. 9. Charecterum, quos Theophrastus scripsisse perhibetur, cap. 14. Aelian. V. H. II, 19: τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τελευτήσαντος, ubi tamen malim scribi: αὐτῷ.

Concludam hanc de dativo disputationem, si prius unum Dinarchi locum, in quo simile mendum inest, emendavero. Dinarch. p. 24: legitur: οὐκ εἰς μὲν τὴν Ἀριστάρχου οἰκίαν εἰσελθὼν (Demosthenes) βουλεύσας μετ' ἐκείνου τὸν Νικοδήμῳ θάνατον κατασκευασθέντα, ὃν ἴστε πάντες, ἐξέβαλε τὸν

Ἀρίσταρχον ἐπὶ ταῖς αἰσχίσταις διαβολαῖς; Dativum Νικοδήμῳ dedit Bekkerus ex codd. A et B.; in edd. superioribus erat: Νικοδήμου. Sed ut quivis hunc locum corruptum esse intelligat, quibusque in verbis sit corruptus, adscribam Hieronymi Wolfii et Reiskii judicia. H. Wolfius: „κατασκευασθέντα] Fortassis ἀντὶ τοῦ κατασκευάσαντα. ut sit ordo verborum ὁ Δημοσθένης ἐξέβαλε τὸν Ἀρίσταρχον ἐπὶ ταῖς αἰσχίσταις αἰτίαις, τὸν κατασκευασθέντα τὸν θάνατον Νικοδήμου, ὅν ἴστε πάντες.“ — Reiskius:„ — κατασκευασθέντα redit ad θάνατον. Mors vel caedes in aliquo perpetrata dicitur ea κατεσκευάσθαι, quae non ira, non repentino quodam et tumultuario fit impetu, sed ex praemeditato, consiliis dudum ante deliberatis, et modis adminiculisque caedis lente praevisis, *caedes* denique *designata*. Videtur utique loco vitium inesse, sive id emendandum sic est, ut legatur, θάνατον, ὃν κατασκευασθέντα ἴστε παντες, vocabulis solummodo transpositis, sive sic, ut addito τρόπον, legatur θάνατον, κατασκευασθέντα, ὃν ἴστε πάντες, τρόπον, ἐξέβαλε — caedem Nicodemi isto modo, quem vos omnes bene nostis, adornatam et comparatam.“ Hactenus Reiskius et H. Wolfius. Neuter tamen, ut mihi videtur, ad hunc locum aut emendandum, aut interpretandum quidquam profecit, nisi quod Reiskius mendum aliquod hoc loco latere, uterque autem verborum ordinem turbatum esse vidit. ὃν ἴστε πάντες de Nicodemo dictum esse, ut Wolfius judicat, certissimum est; κατασκευάζειν autem θάνατόν τινι sive τινός si significaret necem seu mortem struere et moliri alicui, flaccesceret oratio; nam θάνατον κατασκευασθέντα βουλεύειν idem esset, quod θάνατον

κατασκευασθέντα κατασκευάζειν s. θάνατον βουλευθέντα βουλεύειν, necem structam struere, quo quid cogitari potest languidius, quid ineptius atque absurdius? Sin autem Aristarchus per dolum atque insidias necem struxisse diceretur Nicodemo, poterat Nicodemus etiam ab alio aliquo, quem subornasset Aristarchus, *manu* interfici. Sed ab ipso Aristarcho *per vim* occisum esse Nicodemum narrat Aeschines p. 168: Νικόδημος — ὑπ' Ἀριστάρχου τετελεύτηκε βιαίῳ θανάτῳ, ἐκκοπεὶς ὁ δείλαιος ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν γλῶτταν ἀποτμηθείς. Quod confirmatur duobus testimoniis, quae attulit Demosthenes p. 549. et p. 554: Ἀρίσταρχον Νικοδήμου γεγονέναι αὐτόχειρα. Vere igitur Boeckhius de Areopago in Seebodii Archiv. 1826. V. et VI. fasc. p. 121: βουλεύσει, scribit, maxime αὐτοχειρία opposita est. Harpocrat. in verbo βουλεύσεως p. 37: βούλευσις — ὅταν ἐξ ἐπιβουλῆς τίς τινι κατασκευάσῃ θάνατον. Haec Harpocrationis Suidas, ut solet, compilavit T. I, p. 445. ed. Kusteri. Ex Harpocrationis interpretatione idem illud, quod supra dixi, βουλεύειν idem declarare quod κατασκευάζειν apparet. Mendosum est igitur illud κατασκευασθέντα, primum, quod θάνατον κατασκευάζειν est necem struere alicui, quae significatio aliena est a sententia Dinarchi; tum, quod non passivum, sed activum poni debebat, ut esset: βουλεύσας μετ' ἐκείνου τοῦ τὸν Νικοδήμῳ θάνατον κατασκευάσαντος, ὃν ἴστε πάντες; Aristarchus enim necem illam patravit; deinde quod, verbo κατασκευασθέντα interjecto, implicita est verborum continuatio; ignoratur enim, ad quod nomen ὃν ἴστε πάντες sit referendum; postremo, quod, si verbo κατασκευάζειν vim interficiendi subjecisset Dinarchus,

ipsa oratoris prudentia id est τὸ πιθανόν postulabat, ut Dinarchus Nicodemum interfectum esse diceret non tam ab Aristarcho, quam a Demosthene (ubi enim consilium est, ibi culpa esse existimatur), ut crimen totum ab Aristarcho in Demosthenem transferret, atque ut Aristarchum hominem (ἀτυχοῦντα) infelicem esse ostenderet, quem malis artibus Demosthenes ad necem illam patrandam impulisset. Vide Dinarch. p. 36: συμβεβουλευκὼς Ἀριστάρχῳ δεινὰς καὶ παρανόμους συμβουλίας, ἀνθ' ὧν (εἴπερ ἔστι που δικαία τιμωρία κατὰ τῶν ἐπιόρκων καὶ πονηρῶν, ὥσπερ ἔστι) δώσει δίκην οὗτος (Demosthenes) ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ. Solent enim oratores ita plerumque exponere male facta, ut ei, quem contra dicunt, quam maxime officiant, parum curantes veritatem. Plato in Phaedro p. 272, e: τοπαράπαν γὰρ οὐδὲν ἐν τοῖς δικαστηρίοις τούτων ἀληθείας μέλειν οὐδενὶ ἀλλὰ τοῦ πιθανοῦ. — οὐδὲ γὰρ αὐτὰ τὰ πραχθέντα δεῖν λέγειν ἐνίοτε, ἐὰν μὴ εἰκότως ᾖ πεπραγμένα. Cf. Ciceronis off. II, cap. 14. Dinarchus autem, etiamsi rem totam, sicut erat, narrare statuisset, tamen omittere debebat verbum κατασκευασθέντα. Nam vere auctor librorum ad Herennium praecipit lib. I, p. 9: non modo id, quod obest, sed etiam id, quod neque obest neque adjuvat, satius est praeterire. et Cicero de Invent. I, c. 20. et 21, fin.

Verbo κατασκευασθέντα sublato, aut servato articulo τὸν ante Νικοδήμ. genitivum Νικοδήμου, aut omisso articulo dativum ponendum esse judico. Praestare videtur genitivus, quae emendatio facilior est illa altera; scribendum igitur est: βουλεύσας μετ' ἐκείνου τὸν Νικοδήμου θάνατον, ὃν ἴστε πάντες. Ammonius ed. Valk. p. 31: βουλεῦσαι δὲ (ἐστὶν 30.) τὸ ἐνθυμη-

θῆναί τε καὶ συντάξαι κακόν. οἷον βουλεῦσαι φόνον ἢ ἱεροσυλίαν. κακὸν et θάνατον βουλεῦσαι etiam Homerus dixit v. H. Stephani Thes. gr. ling. T. I, p. 769. Aeschylus in Agam. v. 1224. 1614. 1634. Sophocl. Aj. v. 1044. Eurip. Hecub. v. 850. 864. Med. v. 318. al. Theogn. v. 1047. Antiphon p. 772: διωμόσαντο οὗτοι ἀποκτεῖναί με Διόδοτον βουλεύσαντα τὸν θάνατον. cf. p. 618. p. 773. p. 693: βουλευτὴς τοῦ θανάτου. ib. τῆς πληγῆς βουλευτής. Simile est apud eundem p. 690: ἐπιβουλεύειν φόνον. p. 693: ἐπιβουλεύειν θάνατον, quod idem est apud Andocidem p. 118, bis. Antiphon p. 619: ἐπιβουλεύοντες τοὺς θανάτους τοῖς πέλας μηχανῶνταί τε (machinari alicui necem Liv. I, c. 51.) καὶ παρασκευάζουσιν; quo Antiphontis loco τὸν Νικοδήμῳ θάνατον βουλεύσας apud Dinarchum potest confirmari. Idem Antiphon p. 606: τὸν θάνατον τὸν ἐκείνου — μηχανωμένην. κακομηχανᾶσθαί τινι Plutarch. Moral. T. I, p. 82. Simile est μήδεσθαί τινι κακόν, ut loquuntur poëtae. De βουλεύειν, et ἐπιβουλεύειν τινὶ θάνατον vide Taylor. ad Lys. p. 47. Verheyk. ad Antonin. Liberal. p. 29. ed. Lips. Wyttenbachii epist. crit. p. 185. ed. Lips. Siebelis ad Pausan. T. I, p. 56.

De judiciali significatione adscribam verba Mejeri der attische Procefs p. 308: Für Mord wurde es angesehen, und es fand eine Klage φόνου statt, so jemand einen andern ermuntert hatte, einer dritten Person einen Schlag zu geben: an welchem diese nachher gestorben ist. ib. p. 313. Cf. Lucian. in tyrannicida T. IV, p. 318: αἰτίας θανάτου εἶναι διττάς, εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε, μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἠνάγκασε δὲ καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ

φόνου. τὰ ἴσα καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος ἀντικολάζεσθαι. Haec. Graeculus quidam a Villois. in anecd. T. II, p. 52. editus furatus est a Luciano, ut fere totam illam declamationem. Plato de legg. lib. IX, p. 871, e: ἐὰν δὲ αὐτόχειρ μὲν μή, βουλεύσῃ δὲ θάνατόν τις ἄλλος ἑτέρῳ καὶ τῇ βουλήσει τε καὶ ἐπιβουλεύσει ἀποκτείνας αἴτιος ὢν καὶ μὴ καθαρὸς τὴν ψυχὴν τοῦ φόνου ἐν πόλει ἐνοικῇ, γιγνέσθων καὶ τούτῳ κατὰ ταὐτὰ αἱ κρίσεις τούτων πέρι. Cf. Cicero de off. lib. II, c. 7. Idem igitur quod dicit Dinarchus: Δημοσθένης ἐβούλευσε μετ' Ἀριστάρχου τὸν Νικοδήμου θάνατον, dixit etiam Aeschines verbis tantum non iisdem p. 314: Νικόδημον — μετὰ Ἀριστάρχου συναπέκτεινας. Eurip. in Oreste v. 1087 — 1089:

ΠΥΛΑΔ. καὶ ξυγκατέκτανόν γάρ, οὐκ ἀρνήσομαι,
καὶ πάντ' ἐβούλευσ', ὧν σὺ νῦν τίνεις δίκας·
καὶ ξυνθανεῖν οὖν δεῖ με σοὶ καὶ τῇδ' ὁμοῦ.

Ibidem.

θανάτου τετιμημένος ἑαυτῷ, ἤν ἐξελεγχθῇ ὁτιοῦν εἰληφώς.

Pro ἤν, ut emendavit H. Stephanus (ἐάν Hier. Wolfius) codd. habent ἵνα. Recte Bekkerus ἤν in textu posuit. Dinarch. p. 70: θάνατον ὡρίσατο, ἐὰν ἀποφανθῇ χρήματα εἰληφώς. p. 7: διὰ τί οὖν ἐν τῷ δήμῳ συνεχώρεις, ὦ Δημόσθενες, ἐὰν ἀποφήνῃ σου ἡ βουλή, θάνατον ἑαυτῷ τὴν ζημίαν;

Pag. 4.

πρῶτον μὲν — ἔπειτα.

Ita semper Dinarchus. Alii modo πρῶτον μὲν — ἔπειτα, modo πρῶτον μὲν — ἔπειτα δέ, ut Plato, Xenophon, oratores, al. Raro post πρῶτον μὲν, ἔπειτα

addito δέ apud Demosthenem legitur. p. 1168. et p. 1278. Quorum locorum oblitus est Kruegerus in Annotationum ad Demosthenis Philippicam I. specimine. (Bernburgi. 1820.) p. 9. qui scribit: „Ἔπειτα vocibus πρῶτον μεν §. 2. respondet. Ac ne tirones δέ additum requirant, monendum est Demosthenem, si recte observavi, ἔπειτα et εἶτα semper sine hac particula post πρῶτον μὲν inferre.“ Demosth. p. 1319: πρῶτον μὲν — εἶτα — εἶτα — εἶτα — εἶτα — εἶτα — εἶτα. Andocid. p. 25: πρῶτον μὲν — εἶτα δὲ — εἶτα δὲ — ἔπειτα δέ —.

## Ibidem.

οἱ σκοποῦσι τίνα ποτὲ γνώμην ἕξετε περὶ τῶν τῇ πατρίδι συμφερόντων καὶ πότερον τὰς ἰδίας τούτων δωροδοκίας καὶ πονηρίας ἀναδέχεσθε εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς ἢ — φανερὸν πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσετε διότι μισεῖτε τοὺς —.

Vertit hunc locum Pinzgerus ad Lycurgi orationem in Leocratem p. 180. ed. maj. „ob ihr es bei euch Eingang finden lasset, daſs diese Leute für sich Geschenke nehmen. — Quod ego intelligere non possum; nam ἀναδέχεσθαι significat in se recipere, ut suum agnoscere factum. Budaeus in comment. p. 80. Dinarch. p. 71: τὴν πονηρίαν αὐτοὶ τὴν τούτων ἀναδέξεσθε; Demosth. p. 352: πάντα ἀναδεχόμενος καὶ εἰς αὐτὸν ποιούμενος τὰ τούτων ἁμαρτήματα. vide lexica. Quod Pinzgerus l. l. dicit: das Futurum (ἀναδέξεσθε), welches Stephanus herstellen wollte, ist nicht nur u n n ö t h i g, sondern sogar weniger passend, mihi non placet, cum quod futurum antecedit et sequitur, tum praecipue quod in hoc loquendi genere proprius est usus temporis futuri. Dinarch. p. 35: πολλοὶ — θεωρήσουσιν ὑμᾶς

πῶς τοῦτον δικάσετε τὸν ἀγῶνα. Praesens est apud Dinarch. p. 17: θεωρήσουσιν ὑμᾶς τοὺς κρίνοντας ὅπως χρῆσθε τῷ τὰ τοιαῦτα διαπεπραγμένῳ. Demosth. p. 1297: θεωροῦντες, πῶς τὸ πρᾶγμα τουτὶ κρίνετε.

Pag. 5.

παρὰ Ἁρπάλου.

Saepius hic hiatus invenitur apud Dinarchum ante nomina propria p. 12: ὑπὸ Ἁρπάλου. et p. 46. p. 49. p. 62: μετὰ Ἁρπάλου. ante spiritum lenem p. 78. p. 15. Reliqui oratores hiatum ante spiritum asperum solent fugere; saepius tamen invenitur ante spiritum lenem. Demosth. p. 1168: ὑπὸ Ὀλυμπιοδώρου. Lysias p. 537: ὑπὸ Ἀρχεβιάδου. Aeschines p. 314: μετὰ Ἀριστάρχου. ib. μετὰ Ἰφικράτους. alias. Caeteri autem scriptores Attici sexcenta ejus hiatus exempla praebent, quae tamen hic praetermittam atque eos tantummodo locos adjiciam, in quibus hiatus est ante spiritum asperum. Stallbaumius ad Platonis Euthyph. p. 62: φιλεῖται ὑπὸ ὧν φιλεῖται scribit: „Notandus est hiatus in omnibus, ut videtur, libris antiquis praeter unum Vindobonensem nostrum conservatus." Heindorfius ad Plat. Phaedonem p. 69: „τὸ νόμισμα, ἀντὶ οὗ δεῖ πάντα καταλλάττεσθαι certe scribendum ἀνθ' οὗ." Hic hiatus ne in posterum aut meas aut alius cujusquam aures offenderet, plura collegi exempla, quae hoc loco proponam.

ἀμφὶ αὐ — Xenoph. Anab. VII, 8, 2.

ἀμφὶ ἡ — VI, 2. 26.

ἀνὰ ἑ — Xenoph. Anab. III, 4, 21. V. 4, 12.

ἀντὶ ἁ — Plato Theaetet. p. 146, d.

ἀντὶ ἑ — Parmenid. p. 164, e.

ἀντὶ ἡ — Cratyl. p. 419, c.

ἀπὸ Ὁ — Plato Polit. X, p. 600, e.
ἀπὸ Ὑ — Xenoph. Cyrop. IV, 2, 1. Lucian. T. VII, p. 16.
ἐπὶ Ἡ — Lucian. T. IV, p. 55.
ἐπὶ Ὁ — Plato Polit. X, p. 599, e.
ἐπὶ Ὑ — Thucyd. VI, 62.
κατὰ Ἁ — Thucyd. VIII, 107.
κατὰ Ἡ — Plato Phaedr. p. 227, d. Lucian. T. VIII, p. 48.
μετὰ Ἁ — Thucyd. VI, 31.
μετὰ Ἑ — Thucyd. VIII, 80.
μετὰ Ἱ — Lucian. T. VII, p. 194.
μετὰ Ὑ — Lucian. T. VIII, p. 123. p. 263.
παρὰ Ἑ — Lucian. T. VII, p. 123.
παρὰ Ἱ — Lucian. T. VI, p. 135. T. IX, p. 55.
ὑπὸ Ἑ — Thucyd. I, 89. III, 116.
ὑπὸ Ἡ — Thucyd. I, 9. Plato Polit. III, p. 390, c.
ὑπὸ Ὁ — Xenoph. conviv. 4, 45.

Vid. Siebelis ad Pausan. T. I, p. 194. Hoc adjiciam Isocratem hiatum et ante spiritum asperum et ante lenem vitare solere. V. Dindorf. ad Paneg. p. 1. et quem laudat Plutarchum, qui de Isocrate: Ἰσοκράτης ὁ φοβούμενος φωνῆεν φωνήεντι συγκροῦσαι. cf. Pinzg. ad Isocr. Paneg. p. 37.

## Pag. 5.

ζητεῖν τὴν βουλὴν περὶ αὐτῶν, ὡς αὐτῇ πάτριόν ἐστιν.

Meierum der attische Procefs p. 344. non puto animadvertisse verba ὡς αὐτῇ πάτριόν ἐστιν.

## Pag. 6.

ἀποπέφανται εἴκοσι τάλαντα ἔχων χρυσίου.

ἔχων

ἔχων id est: εἰληφώς. Dinarch. p. 16: ὃν ᾔδεσαν ἔχοντα τὸ βασιλικὸν χρυσίον. p. 11. p. 79. Demosth. p. 397: προδεδωκότα πάντα, πεπρακότα, δῶρα ἔχοντα. Similiter δίκην ἔχειν dicitur pro δίκην δεδωκέναι. Plato Polit. VI, p. 529, c. Xenoph. Cyrop. VII, 2, 24. Hist. gr. III, 4, 25. Anabas. II, 5, 38. et 41. Lucian. T. II, p. 86. cf. Elmsley ad Eurip. Bacch. v. 1311. Wyttenb. animadv. ad Plutarchi Moralia T. II, p. 240. Lysias in oratione funebri: Ἀθηναῖοι ἡγησάμενοι ἐκείνους — ἀποθανόντας δίκην ἔχειν τὴν μεγίστην. Livius lib. IV, c. 14. X, c. 40. poenam habere dicit.

Ibidem.

ἀποπεφασμένοις.

Anecdota Bekkeri T. I, p. 433. et Suidas T. I, p. 289. afferunt hoc verbum ex Dinarchi orat. De re conf. Demosth. epist. p. 1467. et 1482.

Pag. 7.

ποῦ νῦν ἐλθὼν ὁ δῆμος — εὕροι τὴν ἀλήθειαν;

Reiskius emendavit ποῖ, eumque secutus est Bekkerus. Est autem ea ratio linguarum, ut praepositiones, quae statum indicant quendam in loco seu rem praesentem, cum ablativo, quae motum in locum seu rem futuram, cum accusativo, quae denique motum ex loco seu rem praeteritam, cum ablativo conjungantur. Vide Philemonis Grammatici explicationem p. 59. ed. Osann. Saepe autem fit, ut consuetudo gentis alicujus recedat paullulum a caeterarum linguarum ratione. Recedunt autem linguae antiquae a nostra fere in his: ἀγγέλλειν, ἀπαγγέλλειν οἴκαδε, nunciare, nuncium afferre domum, Romam, convenire, cogere, colligere

et similia in locum. *συνέρχεσθαι*, *συνιέναι*, *συλλέγειν*, *συναθροίζειν* et similia *εἰς* — A qua Graecorum consuetudine discedere videtur Dinarchus p. 65: *συνιέναι ἐν Μεγάροις τοῖς φυγάσιν*. p. 18: *συνάγοντος ἐν Θήβαις Θρασυβούλου τοὺς φυγάδας ἐπὶ τὴν Φυλῆς κατάληψιν*. quamquam idem Dinarchus p. 53. dixit: *τοῖς ξένοις τοῖς εἰς Ἄμφισσαν συλλεγεῖσι*. p. 43: *εἰ συνέρχεται τοῖς φυγάσιν εἰς Μέγαρα*. Demosth. p. 272: *τῷ κατασκόπῳ συνιὼν εἰς τὴν Θράσωνος οἰκίαν ἐλήφθη*. et p. 273. p. 593. *συλλέγειν εἰς* Demosth. p. 268. Aeschines p. 48. p. 279. p. 286. p. 518. ibid: *τοῖς ἐκεῖσε συλλεγομένοις*. ita 4. codd. caeteri: *ἐκεῖ* vide Bremii not. *συνάγειν εἰς* — Demosth. p. 401. Aeschines p. 482. p. 486. Contra Graeci et Romani ablativo utuntur, in quibus nos accusativo uti solemus: ponere etc. scribere, inscribere, insculpere, delitescere, abdere, occultare, claudere, includere in loco (in locum) *γράφειν ἐν* et *εἰς*. *τιθέναι*, *ἱστάναι* et *καθίζειν ἐπὶ* cum genitivo et accusativo. Priscian. ed. Col. p. 284. et 290. *ἔστησεν ἐπ' οἰκήματος* Dinarch. p. 17. *ἱστάναι ἐπ' οἰκ.* Aelian. Var. Hist. VI, 1. Valken. animadv. ad Ammon. p. 177. qui etiam Dinarchi locum laudat. interpp. ad Xenoph. Ephes. p. 274. *κατίσαι ἐπ' οἰκήματος* Herodot. II, c. 121. ubi v. Valken. et Wesseling. p. 161.

Interdum autem pro ablativo utuntur accusativo, adjuncta praepositione motum in locum significante. v. interpp. ad Liv. XXVI, 25. XXIV, 9. XXVI, 18. XXX, 1. Sed ne modum excedam, ad Graecorum consuetudinem transibo, si prius unum exemplum ex inscriptione antiqua attulero (Gasp. Garatonii notae in Cic. orat. P. I, p. 19. ed. Havn.): Templi — quod est in Palatium.

Apud scriptores Atticos raro hic accusativi usus invenitur. v. Lobeck ad Soph. Aj. v. 80. cf. Siebelis ad Pausan. T. III, p. 115. Fischer. ad Veller. T. IV, p. 155. et quos laudat. Apud Aeschinem εἰς pro ἐν positum esse videtur p. 434: ὅταν οὖν ἀποδείξῃ (ὁ νομοθέτης) τοῖς μὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς στεφανουμένοις εἰς τὸ βουλευτήριον ἀναῤῥηθῆναι, τοῖς δ' ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανουμένοις εἰς τὴν ἐκκλησίαν. quod vertit Cicero de optimo genere orat. c. 7: Quum esset lex Athenis — eos, qui a populo donarentur (sc. corona), in concione donari debere, qui a senatu, in senatu. q. l. vulgatum est: quia in senatu; emendationem Mureti recentiores edd. in textu ponere debebant. Graece dicitur ἀναγορεύειν, ἀνειπεῖν (aor.), ἀνακηρύττειν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, ἐν τῷ δήμῳ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Demosth. p. 243, bis. p. 244. p. 253, bis. p. 265. p. 266. p. 267. Aeschines p. 395. p. 427. p. 428. p. 433. p. 436, bis. p. 438. Demosth. p. 267: τῷ στεφανουμένῳ τὸν αὐτὸν ἔχει ζῆλον ὁ στέφανος, ὅπου ἂν ἀναῤῥηθῇ. quo loco sex Bekk. codd. habent: ὅποι.

Ablativum cum praepositione, vel adverbium motum in locum significans sermone latino fere semper pro accusativo et adverbio statum in loco significanti licet poni, quamvis id scriptores classici raro faciant. Magnam exemplorum copiam nuper Joannes Adamus Schaeferus in Programm. Ansbac. 1826. congessit, et Bengius in obss. p 1225. et interpp. ad Liv. XXIV, 9. Exempla graeca Schaeferus idem ibid. plura collegit. De καταφεύγειν ἐν τόπῳ v. Heindorf. ad Platonis Soph. p. 427. Thucyd. III, 71: τοὺς ἐκεῖ καταπεφευγότας. Isocrat. Plataic. c. 12: ἐνθάδε καταφεύγειν (qui tamen locus non potest esse argumento, quod apud scriptores Atticos

ἐνθάδε, ἐνταῦθα saepissime significant motum in locum v. Buttmanni Gramm. Gr max. T. II, p. 282. Ammon. p. 51. Philo de diff. signif. p. 167.) pro καταφεύγειν εἰς τόπον, vel πρὸς, ὡς, ἐπὶ ἀνθρώπους τινάς. Suidas T. I, p. 162: ποῦ γῆς πέφευγεν; ἀντὶ τοῦ εἰς ποίαν γῆν Ἀττικῶς. Vide D' Orvill. ad Charit. p. 271. ed. Lips. Quid Moeris atticista sibi velit p. 317: ποῖ, Ἀττικῶς· ποῦ, κοινόν. plane non video. Phrynichus autem scribens p. 43: ποῖ ἄπει: συντάσσεται οὕτω διὰ τοῦ ι· ποῦ δὲ ἄπει, ἁμάρτημα. sine dubio in errore versatur. v. Lobeck ad h. l. Xenoph. Anab. II, 4, 20: ὅπου ἂν φύγωσιν omnes codd. habent, quod Kruegerus non debebat mutare in ὅποι. οὗ, ὅπου ἀφικνοῦνται Heindorf. ad Plat. Phaedonem p. 222. cf. Elmsley ad Sophocl. Oedip. Col. v. 23. Bekkeri anecd. p. 616. et 622. Non igitur mutandum est hoc Dinarchi loco ποῦ ἐλθών, et sine causa Bekkerus p. 34. τῷ οὐδ' ὅπῃ καταφύγῃ αὐτίκα φήσοντι εἶναι — ὅπῃ in ὅποι vult mutari. v. Stallb. ad Platonis Euthyph. p. 94. et seqq. — Collega quidam meus, qui benevole hoc volumen perlegit, multosque errores correxit ποῦ ad εὕροι referendum esse existimavit, quae viri eruditissimi sententia mihi verissima videtur.

Pag. 8.

τὸ συνέδριον — (i. e. Areopagus) — ὃ φυλάττει τὰς ἀπορρήτους διαθήκας, ἐν αἷς τὰ τῆς πόλεως σωτήρια κεῖται.

Quae interpretes ad hunc locum illustrandum protulerunt, procul a vero absunt. Vide Boeckh. de Areopago in Seebodii Arch. p. 116.

Pap. 9.

Δίκαια μὲν οὖν, δίκαια τρόπον γέ τινα πάσχει τὸ συνέδριον —. δυοῖν γὰρ θάτερον ἐχρῆν αὐτούς, (Areopagum) ἢ καὶ τὴν προτέραν ζήτησιν τὴν ὑπὲρ τῶν τριακοσίων ταλάντων τῶν παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀφικομένων ζητεῖν, καθάπερ συνέταξεν ὁ δῆμος, ἵνα τότε δόντος δίκην τοῦ θηρίου τούτου, καὶ τῶν μερισαμένων ἐκεῖνα τὰ χρήματα φανερῶν γενομένων — ἀπηλλάγμεθα τούτου τοῦ δημαγωγοῦ — ἢ εἰ ταῦθ' ὑμεῖς (id est populus) ἐβούλεσθε Δημοσθένει συγχωρεῖν καὶ πολλοὺς ἐν τῇ πόλει τοὺς καθ' ὑμῶν δωροδοκήσοντας εἶναι, τὴν περὶ τῶν νῦν ἀποπεφασμένων ζήτησιν χρημάτων μὴ προςδέχεσθαι, πεῖραν ὑμῶν (id est populi) ἐν τοῖς πρότερον εἰληφότας, ὅπου γε οὕτω καλῶς καὶ δικαίως τῆς ἀποφάσεως τῆς κατὰ τούτου καὶ τῶν ἄλλων νυνὶ γεγενημένης καὶ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς οὔτε τὴν Δημοσθένους, οὔτε τὴν Δημάδου δύναμιν ὑποστειλαμένης — οὐδὲν ἧττον περιέρχεται Δημοσθένης περί τε τῆς βουλῆς βλασφημῶν καὶ περὶ ἑαυτοῦ λέγων — „ἐγὼ Θηβαίους ὑμῖν ἐποίησα συμμάχους." — „ἐγὼ πολλὰς ὑπὲρ ὑμῶν ἐπρέσβευσα πρεσβείας." ἐφ' οἷς οὐκ οἶδ' ὅ, τι ποτ' ἂν ἐποίησεν ἢ τίνας ἂν εἶπε λόγους, εἰ συνέβη κατορθῶσαι αὐτῷ ἃ συνεβούλευσεν, ὡς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀτυχήμασι καὶ κακοῖς ἅπασαν ἐπεληλυθὼς τὴν οἰκουμένην ὅμως ἀξιοῖ δωρεὰς αὐτῷ δεδόσθαι τὰς μεγίστας.

Sententia Dinarchi est haec: Alterutrum facere oportebat Areopagum, aut quaestionem illam priorem de pecuniis a Persarum rege missis ex sententia populi habere, ut poena Demosthenes afficeretur, aut, si Demostheni populus hoc condonasset, non suscipere alteram hanc quaestionem, quae constituta est populo

jubente eodem, cujus levitatem priori illa quaestione expertus esset Areopagus. (sc. si populus crimen illud Demostheni remisisset.) *Quod si* Demosthenes quamvis convictus praeclara hac ac justa Areopagi de pecunia Harpalica quaestione, nihilominus etiamnunc per forum volitat criminans Areopagum dictitansque a se Thebanorum societatem et amicitiam vobis esse comparatam — haud scio, quid facturus fuerit, si —. Haec hujus loci interpretatio facilis mihi esse videtur, et expedita. Quod si ita est, retinendum fuit, quod habent codd.: *ὅπου γάρ* et ante *ὅπου γὰρ* oratio puncto distinguenda. *ὅπου, ὅπου καί, ὅπου γε, ὅπου γε καί, ὁπότε γε* est siquidem et quandoquidem. v. Toup. ad Longin. p. 285. Coray ad Isocrat. T. II, p. 247. Wyttenb. animadv. ad Plutarch. T. I, p. 43. ed. Lips. et T. II, p. 608. quod quomodo conveniat cum iis, quae ante dicuntur: *πεῖραν ὑμῶν ἐν τοῖς πρότερον εἰληφότας, ὅπου γε* non possum intelligere. Nam particulis *ὅπου γε* etc. causa et ratio annectitur sententiae antecedenti; particulis autem *ὅπου* et *ὅπου γάρ* et *ὁπότε γάρ* conjungi solent membra orationis ita, ut illud *ὅπου γάρ* referatur et ad ea, quae antecedunt, et, quae sequuntur. *πῶς οὐ δεῖ θαυμάζειν τὸν Ἀλέξανδρον, ὅπου γε* (siquidem. *ὅπου καί*, siquidem etiam) *θαυμάζεται ὁ Φίλιππος*; et *ὅπου γὰρ* (*γάρ* ad ea, quae antecedunt, referendum) *θαυμάζεται ὁ Φίλιππος, πῶς οὐ δεῖ θαυμάζειν τὸν Ἀλέξανδρον*; Demosth. p. 1038: *εἰ μὴ γὰρ οὗτος* (Solon) *ἡμῖν σαφῶς διώρισε τί πρῶτον δεῖ ποιεῖν τοὺς ἀντιδεδωκότας — οὐκ οἶδ' ὅποι προῆλθεν ἡ τουτουὶ Φαινίππου τόλμα,* ὅ π ο υ  κ α ὶ  *νῦν — οὐδέτερα τούτων ἐποίησεν.* codd. plerique: *ὅπου γὰρ καί, γάρ* Bekk. delevit; Dindorfius bene scripsit: *ὅπου γε καί.* Ad *ὅπου γάρ* saepissime

refertur particula aut interrogativa, aut ajens vel negans. Aeschines p. 634: εἰ Δημοσθένης ἑαυτὸν ἐγκωμιάσει, βαρύτερον τῶν ἔργων, ὧν πεπόνθατε τὸ ἀκρόαμα γίγνεται. ὅπου γὰρ τοὺς μὲν — ἄνδρας ἀγαθούς, ἐὰν τοὺς καθ' ἑαυτῶν ἐπαίνους λέγωσιν, οὐ φέρομεν· ὅταν δὲ ἄνθρωπος — ἑαυτὸν ἐγκωμιάζῃ, τίς ἂν τὰ τοιαῦτα καρτερήσειεν ἀκούων; Demosth. p. 517: ὅπου γὰρ — τί χρὴ προσδοκᾷν. Eodem modo loquitur saepissime Isocrates in Paneg. c. 50. ad Philipp. c. 28. c. 50. de Pace c 36. in Panegyr. c. 43: ὅπου γὰρ μικρῶν μερῶν ἥττους εἰσίν, οὐκ ἄδηλον ὡς ἂν διατεθεῖεν, εἰ — sic Bekkerus edidit ex cod. Vatic. pro οὐκ ἄδηλον ὡς non male vulgata: πῶς ἂν — Eadem est consuetudo loquendi Romanorum v. Horat. Tursellin. ed. IV. p 871. quod si — qui, quomodo, cur, num, quid, quanto —? Atque ita locutus est hoc loco Dinarchus: ὅπου γὰρ — οὐκ οἶδ' ὅ, τι ἂν ἐπὶ τούτοις ἐποίησεν. ὅπου, ὅπου γάρ sequente ἤ που Isocrat. de Pace c. 9. Antid. c. 15. c. 25. v. Wyttenb. ad Plutarchi Moral. T. I, p. 300. Quod si — certe, profecto, nae, vero. Horat. Tursell. l. laud. Ita etiam adjectiva pronom. ὅστις γάρ, *qui si* solent poni.

ἐπὶ praepositio dativo juncta est post (Reisig. enarrat. Oedip. Col. p. CI.) eaque significat rem aliquam esse factam atque ex ea re aliam deinceps esse consecutam, ut apud Aeschinem p. 115: ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ ἐπίταγμα ἐπέταττεν id est aliud post aliud, sive, ut loqui solent Romani, aliud super aliud, alia super alia, alia ex aliis, v. Vorstius de latinitate falso susp. p. 239. ed. Berolin. Demosth. p. 399: πρῶτον μὲν — εἶτα — εἶτα — ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις i. e. post sive ad haec. Ea significatione saepe cum participiis passivi conjungitur,

ut apud Demosth. p. 389: ταῦθ' ὅτι οὐκ ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι νυνὶ πλάττομαι — ἀλλὰ τότ' εὐθὺς ἐγνώκειν id est ἐκείνων ἤδη συμβεβηκότων. ib. p. 291. p. 294. p. 320. Aeschin. p. 293: ἡ ὑστέρα (πρεσβεία) ἐπὶ πεπραγμένοις ἐγένετο. Demosth. pag. 307: εἰ νῦν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις κατηγορίας ἔχω. Aeschyl. Agam. v. 1380. Pers. v. 523. Matth. Schulgrammatik. ed. sec. §. 565. Taylor. ad Lys. p. 874. Isocrat. Areop. c. 4: ἐπὶ τοσαύταις πράξεσιν εὐαγγέλια — τεθύκαμεν. id est: rebus tantis prospere gestis, *ob* res tantas prospere gestas, cum res tantae prospere essent gestae. Est enim ea consuetudo linguarum, ut pleraeque particulae, quae ad tempus designandum sunt inventae, transferantur ad causam efficientem, quod causa ipsa respondet tempori praeterito, et conjuncta est arte cum tempore. Hinc verba ea, quibus affectus aliquis animi notatur, praepositione ἐπί conjunguntur cum rebus iis, quibus affectus est concitatus, sive quas affectus est consecutus, ut χαίρειν, εὐφραίνεσθαι, γελᾷν, ἀποπνίγεσθαι (γέλωτι), λυπεῖν, δακρύειν, ὀργίζεσθαι, ἀγανακτεῖν, ἄχθεσθαι, δυσμεναίνειν, στένειν, θαῤῥεῖν, καρτερεῖν, μέγα φρονεῖν, σεμνύνεσθαι, ἀγάλλεσθαι, φιλοτιμεῖσθαι, αἰσχύνεσθαι, ἐρυθριᾷν, ἐγκαλύπτεσθαι. Itaque praepositio ἐπί paullatim translata est ad causam significandam, ut nonnunquam idem valere videatur, quod διά. Differunt autem hoc, quod διά significat causam subjectivam i. e. eam, quae cogitatur, universalem, infinitam, ἐπί autem causam objectivam, i. e. eam, quae est, singularem, definitam, certam; ut quatenus praepositio ἐπί praepositioni *ob*, (*pro*), hominibus *causa*, *gratia*, *ergo*, conjunctioni quia, eatenus respondeat διά praepositioni *propter*, *per*, conjunctioni *quod*. De

*quod* et *quia* Ramshornii sententia contraria est huic nostrae, sed ipse exemplis a se allatis satis refellit sententiam suam Gramm. Lat. p. 565. Demosth. p. 373: ἂν δι' εὐήθειαν ἢ δι' ἄλλην ἄγνοιαν ἡντινοῦν λελυμασμένος φανῇ — ἂν μέντοι διὰ πονηρίαν. Aeschin. p. 438: ἡ πρόφασις, δι' ἣν αὐτὸν ἀξιοῖ στεφανοῦσθαι. Dinarch. p. 90: ἡ αἰτία, δι' ἥν. Demad. p 273: τὰ συμβάντα διὰ τὰς ἔξωθεν αἰτίας. Dinarch. p. 64: τὸν εἰς ἀδοξίαν καταστήσαντα τὴν πόλιν δι' ἡντιναδήποτε αἰτίαν ἢ τύχην. Inde fit ut interdum etiam modum designet praepositio διά, ut latinum per, δι' ἄγνοιαν, δι' ὀργήν, per imprudentiam, per iram. Pauca jam afferam de praepositione ἐπί. Aeschin. p. 92: ἐφ' ᾧ ὑμεῖς ἐθορυβήσατε. pag. 106: ἐπὶ τῇ ἡσυχίᾳ (de qua dixerat Timarchus) καὶ τῷ μικρῷ ἀναλώματι μείζων ἀπήντα θόρυβος. cf. p. 231. p. 319. Demosth. p. 255: τραχέως δ' ὑμῶν ἐπὶ τῷ „μηδὲ προσδοκᾶν" σχόντων. id est: cum me ne exspectare quidem dicerem. Demosth. p. 12: τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν. Isocrat. de Pace c. 48: περιβλέπτους ἐπ' ἀρετῇ γενομένους, quo loco Corayanus cod. habet: ἐν ἀρετῇ ut erat in edd. ante H. Wolfium. Isocrat. in Archid. c. 41: ἀντὶ τοῦ περιστάτους ὑπὸ πάντων δι' ἀρετήν, περιβλέπτους ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐπὶ κακίᾳ γενησομένους. de Pace c. 39: τοὺς μεγίστην ἐπ' ἀρετῇ δόξαν ἔχοντας. Demosth. p. 155: δόξαν ἔχοντας ἐπ' ἀνδρίᾳ. et Isocrat. περὶ ἀντιδ. p. 371. ed. Bekk. cf. Wesseling. ad Diodor. Sicul. T. II, p. 26. Demosth. p. 264: ἐφ' οἷς ἐπέδωκε, τετίμηται. et ib. p. 226. Aeschin. p. 605: οὐ δεῖ ἐφ' οἷς ἡ πόλις ἐπένθησε καὶ ἐκείρατο, ἐπὶ τούτοις ἐμὲ στεφανοῦσθαι. et Demosth. p. 264. p. 266. Aeschin. p. 618: ἀξιοῖ στεφανοῦσθαι ἐπ' ἀρετῇ. ibid. p. 638: ὅτι στεφανοῦται ἀρετῆς ἕνεκα

ablativus instrumenti. Cic. de Legg. II, 8: augures signis et auspiciis postera (ut legendum esse videtur cum Lambino pro postea) vidento. Eurip Hecub. v. 606: οἶδεν τό γ' αἰσχρὸν κανόνι τοῦ καλοῦ μαθών. Aristoph. Ran. v. 810: καὶ γὰρ ταλάντῳ μουσικὴ σταθμήσεται. Demosth. p. 524, τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν. idem iisdem verbis dicit Lucian. T. VIII, p. 137. Plutarch. Moral. T. I, p. 540. ubi cf. Wyttenb. animadv. Cic. de Natura Deor. I, c. 40: omnia, quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri. de Offic. III, c. 4: omnia metiuntur emolumentis; ad quem locum permulta ejus generis exempla protulit Car. Beierus. Hinc ponderare, pendere, perpendere, aestimare; Cic. de Fin. III, c. 14: alia brevitate pluris aestimari, alia diuturnitate i. e. quia sunt brevia. judicare. Hinc dirigere, Beierus ad Cic. Off. T. II, p 341. p. 351. Goerenz ad Cic. de Fin. V, c. 10. finire, definire, terminare, Beierus ad Cic. de Off. T. II, p. 409. Liv. XL, 55: multis sermonibus intellexisse videor. Liv. VII, 19: postquam litteris Sulpicii consulis — cognitum est. Idem lib. XLI, c. 10. Cic. epist. ad Fam. I, 5. et 9. etc. Caesar de bello Gall. VII, 90. Liv. X, 40: comperta perfugarum indiciis. v. Herzog. ad Hirtii librum de bello Gall. cap. 30. Caesar de bello Gall. VII, 54: Etsi multis jam rebus perfidiam Aeduorum perspectam habebat. Cic. Tuscul. I, 12: idque quum multis aliis rebus, tum e pontificio jure et caerimoniis sepulcrorum intelligi licet. Cic. de Nat. Deor. II, c 3: quorum exitio intelligi potest. Cic. de Fin. III, c. 8: si beata vita honestate cernitur, i. e. in honestate. Cic. de Off. III, c. 7: Ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis multa praecepta sunt; quibus

perspici possit, quid sit propter turpitudinem fugiendum; ad quem locum Beierus: „Certe ante *quibus* desideramus praepositionem, ut I, 97. etc. et ubivis alibi.“ Valer. Max. I, 6, 12: quibus apparet i. e. ex quibus. Eadem loquendi consuetudo est apud Graecos. σταθμᾶσθαι, εἰκάζειν, στοχάζεσθαι, γιγνώσκειν, ἰδεῖν, δῆλον εἶναι, φαίνεσθαι, τεκμαίρεσθαί τινι pro ἐκ τινος seu ἀπό τινος. v. Heindorf. ad Platonis Sophist. p. 351. Matth. Schulgramm. §. 369. Isocrates in Archid. c. 26: εἴπερ χρὴ περὶ τῶν μελλόντων τεκμαίρεσθαι τοῖς ἤδη γεγενημένοις. Plinius in epp. I, 5: futura ex praeteritis providere. Isocr. Paneg. c. 39: εἰ δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγενημένοις τεκμαίρεσθαι. Clemens Alexandr. in libello: ὅτι οἱ φιλόσοφοι καὶ οἱ ῥήτορες etc. ἀλλήλων κλέπται, quem laudat Dindorfius, scribit: τοῦ Ἰσοκράτους εἰπόντος· δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς προγεγενημένοις τεκμαίρεσθαι, Ἀνδοκίδης οὕτως ἔφη· χρὴ γὰρ τεκμηρίοις χρῆσθαι τοῖς πρότερον γεγενημένοις περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. Ab eodem Isocrate sumsisse videtur Dinarchus, quod legitur p. 27: τεκμαιρόμενοι τὰ μέλλοντα ἐκ τῶν γεγενημένων, quo loco cod. Z. habet προγεγενημένων, ut etiam illud p. 17: τοῖς μὲν σώμασι μετὰ Ἀλεξάνδρου — ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δ' εὐνοίαις μετὰ Θηβαίων — ἦσαν. sumtum est ex Isocratis Plataici cap. 8: τοῖς μὲν σώμασι μετ' ἐκείνων ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δ' εὐνοίαις μεθ' ὑμῶν ἦσαν. v. Lobeck ad Phrynichum p 353. Liv. XXVII, 17: Itaque corpus duntaxat suum ad id tempus apud eos fuisse, animum (i. e. τὴν δὲ διάνοιαν) jam pridem ibi esse, ubi jus ac fas crederent coli. Sed redeundum jam est, unde exorsus sum.

Isocrates ad Philipp. c. 62: ἐκ τῆς ἐν Μαραθῶνι

Ibidem.

ἀξιοῖ δωρεὰς αὐτῷ δεδόσθαι τὰς μεγίστας, λαμβάνειν δῶρα κατὰ τῆς πατρίδος καὶ λέγειν καὶ πράττειν κατὰ τοῦ δήμου, ἃ ἂν βούληται.

Wie kann die Freiheit, Geschenke annehmen und alles beliebige gegen das Volk sagen und thun zu dürfen, als die gröfste Belohnung (δωρεαὶ αἱ μέγισται) dargestellt werden. Es scheint gelesen werden zu müssen: δωρεὰν — τὰ μέγιστα, ut venia sibi detur pro summis delictis. Haec Pinzgerus. Dinarchus p. 13: οὐ τηλικαύτας τὸν δῆμον αἰτήσας δωρεὰς ὥστε τῶν νόμων κρείττων εἶναι. Demosth. p. 569: οὐδενὶ πώποτε ἐδώκατε τὴν δωρεὰν ταύτην — ἐξεῖναι τοὺς ἰδίους ἐχθροὺς ὑβρίζειν.

Pag. 11.

Τιμοθέῳ — Πελοπόννησον περιπλεύσαντι.

De rebus a Timotheo gestis vide inprimis Isocratis orat. περὶ ἀντιδόσ. p. 68. Orelli.

Ibidem.

Τιμοθέῳ μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι, Πελοπόννησον περιπλεύσαντι — οὐκ ἐποιήσασθε ὑπόλογον οὐδὲ τῆς τότε ἐνεστώσης κρίσεως οὐδὲ τῶν ὅρκων — ἀντικατηλλάξασθε τὰς τοιαύτας εὐεργεσίας.

οὐκ i. e. οὔ τι s. οὐδὲν eorum, quae dixi, sive potius, ut verbum sequens ἀντικατηλλάξασθε, ad τὰς τοιαύτας εὐεργεσίας referendum est ὑπόλογον ἐπ. In codd. A et L est: ὑπὸ λόγον p. 99: οὐδὲν τούτων ὑπόλογον ποιησάμενοι. in codd. ABZ est ὑπὸ λόγον. Atque hoc sine ulla dubitatione verbo composito praefero, quod ortum est librariorum negligentia.

Eadem

Eadem enim ratione, qua ὑπὸ χεῖρα ποιεῖσθαι et ὑποχείριος, dicitur ὑπὸ λόγον ποιεῖσθαι et ὑπολογίζεσθαι. Est quidem substantivum ὑπόλογος ut docent Photius et Harpocration exemplo ex Dinarchi oratione κατὰ Πυθέου petito, dicitur etiam graece ἐν ὑπολόγῳ ποιεῖσθαι, tamen hac ipsa re satis potest intelligi ὑπόλογον non esse adjectivum, sed substantivum ortum ex ὑπὸ λόγον, atque ita scribendum esse. Idem error a Kruegero Comment. crit. et hist. de Thuc. p. 267. sublatus est in verbis παρὰ λόγον, quod cum saepe male a librariis conjunctum esset, sejungendum esse docuit, quamquam Graeci substantivo utuntur παράλογος, ἐκ παραλόγου conf. Elmsley ad Eurip. Bacch. v. 938. Recte etiam Heindorfius in Platonis Phaedone p. 232. ἀνὰ λόγον pro vulgato ἀνάλογον scribendum esse judicavit, quanquam apud Pollucem p. 212., qui hunc Platonis locum laudat, est ἀνάλογον. Errare autem videtur idem Heindorfius ad Platonis Protag. p. 607: „vulgo ut aliis fere locis divise: οὐδέν σοι ὑπὸ λόγον τίθεμαι, *praeter analogiam* sermonis." Vide quos laudat et Oudendorp. ad Thom. Mag. p. 875. Recte nostrum hunc locum interpretatus est Budaeus p. 215: Rationem cum eo in reatu constituto non habuistis hujuscemodi meritorum, nec juris jurandi religionem cum beneficiis acceptis compensavistis. Caeterum hunc locum laudat Wesseling. ad Diodor. T. I, p. 5.

οὐδὲ, quod est ante ὅρκων Bekkerus in καί vult mutari, ut est p. 99. Cum sententia universa particula οὐ negatur, membra etiam singula possunt negari non solum graeca, sed etiam latina lingua et nostra. Isocrat. Antid. c. 2: τὴν μὲν οὖν δαπάνην οὕτως ἠνέγκαμεν, ὥσπερ προσήκει τοὺς μήτε λίαν ὑπὸ τῶν τοιού-

τῶν ἐκταραττομένους μήτε παντάπασιν ἀσώτως μήδ' ὀλιγώρως πρὸς χρήματα διακειμένους. ib. c. 4: εἰ μὲν οὖν ἐπαινεῖν ἐμαυτὸν ἐπιχειροίην ἑώρων οὔτε περιλαβεῖν ἅπαντα — οἷόςτε γενησόμενος, οὔτ' ἐπιχαρίτως οὐδ' ἀνεπιφθόνως εἰπεῖν — δυνησόμενος.

Ibidem.

Τιμοθέῳ — ἑκατὸν ταλάντων ἐτιμήσατε, ὅτι χρήματ' αὐτὸς ἔφη παρὰ Χίων εἰληφέναι καὶ Ῥοδίων.

„C. Nepos Timoth. c. 3: ob eam rem in crimen vocabantur (Iphicrates et Timotheus). Populus — domum revocat; accusantur proditionis. Hoc judicio damnatur Timotheus lisque ejus aestimatur *centum* talentis. Cui de centum talentis assentitur Dinarchus sed levi vitio depravatus — ὅτι χρῆματ' αὐτὸς ἔφη etc. Quid ipse se Timotheus detulit et repetundarum accusavit? nugae; neque enim adeo famae et capitis sui prodigus fuit. Dederat orator ὅτι χρήματ' αὐτὸν Ἀριστοφῶν ἔφη —. Aristophon actor erat criminatusque est Timotheum et Iphicratem pecunia corruptos rei gerendae occasionem neglexisse. Docet Polyaenus Strateg. lib. III, 9, 29. et clarissime omnium Dinarchus ipse orat. in Philocl. [p. 100. ed. Reiskii], ubi verba, ut ea explevi, repetit." Wesselingius ad Diodor. T. II, p. 98. Ita Marklandus quoque hunc Dinarchi locum emendandum esse judicavit ad Lys. p. 182.

Pag. 11.

ὃν οὐχ εἷς ἀνήρ, ἀλλὰ πᾶσα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ — ἀποπέφαγκεν.

Melius hoc loco conveniret ἀλλ' ἅπασα, ut etiam

infra p. 100. quod si codd. auctoritate confirmaretur, continuo esset in textum recipiendum.

„ἀποπέφαγκα hat Dinarch zweimal" Buttmannus in Gramm. max. T. II, p. 435. (cf. T. I, p. 457.) errat; est enim p. 11. p. 40. p. 44. p. 59. p. 70. p. 71. p. 86. p. 87. p. 100.

Pag. 12.

Τί μέρος ἐστὶ τῶν Τιμοθέῳ πεπραγμένων ἀγαθῶν ἃς Δημοσθένης ἐπρέσβευσεν πρεσβείας.

τί μέρος τῶν — οὐδὲν μέρος τῶν Isocrat. Nicocl. c. 3. Philipp. c. 17. Panath. c. 7. H. Stephanus Thes. II, p. 849.

Ibidem.

τὸ ψήφισμα τὸ Τιμοθέῳ γενόμενον.

Demosth. p. 265: τὰ ψηφίσματα τὰ τούτοις γεγενημένα. p. 266: τὸ ψήφισμα τὸ γραφέν μοι.

Ibidem.

ἀντιθεὶς ἐφ' αἷς οὗτος σεμνύνεται πράξεσιν.

Cod. A priori manu: πράξεις. De hoc loquendi genere v. Heindorf. ad Platonis Phaedon. p. 46. cf. Lobeck ad Soph. Aj. p. 342. Equidem h. l. cum Bekkero praefero: πράξεσιν.

Pag. 13.

ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλόμενος.

Iisdem verbis usus est Plato in Gorg. p. 481, e. in Alcib. II, p. 147. c. ubi v. Heindorf. cf. Wesseling. ad Herod. p. 195. et Granert ad Aristid. Declamat. Lept. p. 95.

### Pag. 14.

ἱκετηρίαν ἔχοντες καὶ κηρύκια' συμπεπλεγμένα — ἐκ τῶν θαλλῶν.

Articulus ante θαλλῶν tollendus esse videtur. Explicat hunc locum Spanhemius ad Aristoph. Plut. v. 383.

### Ibidem.

οὐ καιροὺς λέγων,

Aeschin. p. 442: Καὶ γὰρ πυνθάνομαι Δημοσθένην — καταριθμεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς ὡς ἄρα τῇ πόλει τέτταρες ἤδη γεγένηνται καιροὶ ἐν οἷς αὐτὸς πεπολίτευται etc. Inde quid sit h. l. καιροὺς λέγειν facile perspicitur.

### Pag. 15.

δυνάμενοι οὐδὲ τὴν δουλείαν ὑπομένειν, οὐδὲ τὰς ὕβρεις ὁ ρ ᾷ ν τ ὰ ς γινομένας.

Ita edidit Bekkerus; in codicibus est: ὁ ρ ῶ ν τ ε ς; Reiskius emendavit: ὁ ρ ῶ ν τ ε ς τ ὰ ς, quam emendationem, quod propius accedit ad codicum lectionem, Bekkerianae antepono. Pendet autem participium ὁρῶντες e verbo ὑπομένειν, quod vel cum accusativo vel cum participio potest conjungi, ut verbum ἀνέχεσθαι.

### Pag. 16.

οὐκ ἐ τ ό λ μ η σ ε ν ὁ μιαρὸς οὗτος — ἀπὸ τῶν πολλῶν χρημάτων ὧν εἶχε δέκα μόνον τάλαντα δοῦναι, τοσαύτας ὁρῶν ἐλπίδας ὑ π ο φ α ι ν ο ύ σ α ς ε ἰ ς τ ὴ ν Θηβαίων σωτηρίαν.

p. 19. οὐδὲ τῶν χρημάτων ὧν ἔλαβεν εἰς τὴν τούτων σωτηρίαν, οὐδὲν ἠ θ έ λ η σ ε προέσθαι. Inde apparet οὐκ ἐτόλμησε δοῦναι idem esse, quod οὐκ ἠθέλησε

δοῦναι, et errasse Retbergium in Isocratis Paneg. c. 15. τίς γὰρ ἂν ἱκετεύειν τολμήσειεν (vulg: τολμήσαιεν) — τοὺς ἥττους αὐτοῦ. emendare tentantem aut ἐθελήσαιεν aut τλήσαιεν. Isocr. Paneg. c. 27: οἵτινες ἐτόλμησαν ἐπιδεῖν — ἐρήμην τὴν πόλιν γιγνομένην. in orat. περὶ ἀντιδόσεως, in qua haec Panegyrici pars repetitur, vulgo legebatur: ἔτλησαν. v. Orelli ad Antid. p. 231. Plato in Menex. p. 245, c: μόνοι δὲ ἡμεῖς οὐκ ἐτολμήσαμεν οὔτε ἐκδοῦναι (Graecos Persis) οὔτε ὀμόσαι. „τολμᾷν vulgo *audere* significans ponitur pro *velle*, *posse pati*" Wyttenbachius ad Platonis Phaedon. p. 273. qui plura ibi congessit ejus generis exempla.

ἀπὸ τῶν πολλῶν χρημάτων. Hoc Dinarchi imitatum esse Phalarim demonstrat Lennepius ad Phalar. epp. p. 356. ed. Lips.

ὑποφαινούσας emendavit Reiskius pro ὑποβαινούσας, quod est in libris MSStis, ignorans jam ante ita emendatum esse a Lennepio ad Phalar. p. 369. „Quid proprie sit ὑποφαίνειν non melius intelligitur, quam ex hoc Platonis Protag. p. 218, B. ἤδη γὰρ ὑπέφαινέ τι ἡμέρας, ὥστε καταφανῆ αὐτὸν γίγνεσθαι. Conveniunt genera loquendi ὡς ἡμέρα vel ὡς ἕως ὑπέφαινε etc. — Hinc autem verbum translatum in spem, quae instar lucis primum orientis offeratur, ut ap. Lucian. et Liban. ep. 420. extr. εἴ τις ἐλπὶς ὑπεφαίνετο. Verbo ὑποφαίνω, nisi fallor, in eodem loco usus est Dinarchus etc. ubi nunc legitur ὑποβαινούσας." Haec Lennepius. Quamquam non memini me legere ἐλπὶς ὑποφαίνει, sed ἐλπὶς ὑποφαίνεται, ut apud Lucianum T. V, p. 35: ἀλλά τις ἤδη σωτηρίας ἐλπὶς ὑπεφαίνετο et ἐλπίδα ὑποφαίνειν τινί ut apud Demosth.

p. 379. Lucian. T. V, p. 123. v. H. Stephani Thes. T. IV, p. 32. Wesseling. ad Diodor. T. I, p. 673. et ἐλπίδα ὑποφέρειν Sophocl. Electr. v. 833., tamen certam esse confido et veram hanc Reiskii et Lennepii emendationem. Nam verbis φαίνω, ἀναφαίνω, διαφαίνω, ὑποφαίνω non solum ut activis sed saepe etiam ut neutris Graeci utuntur. ἐλπὶς φαίνουσα Aeschyl. Ag. v. 102. ubi v. Wellauer. φαίνει ὁ ἥλιος Hesiod. ἔργ. v. 498. Aristoph. Nub. v. 582. Plato Tim. p. 39, b. Lucian. T. VI, p. 293. ἡ σελήνη T. VII, p. 48. κόνις ἀνέφαινε Hymn. in Mercur. v. 345. διαφ. v. lexica. et Valken. ad Herod. lib. VIII, p. 657. ὡς δὲ ἡμέρα ὑπέφαινε Xenoph. Hist. Graec. V, 1, 21. Cyrop. IV, 5, 14. Anab. III, 2, 1. IV, 2, 7. et 3, 9. Lucian. T. III, p. 11. τῆς τρίτης ἡμέρας ὑποφαινούσης Xenoph. Ages. I, 25. Hist. Graec. III, 4, 16. IV, 1, 41. V, 4, 59. ὑποφαίνοντος τοῦ ἦρος Xenoph. Hist. Graec. V, 4, 58. Vid. Heindorf. ad Platonis Soph. p. 379. ad Protag. p. 470. ἐὰρ ὑποφαίνει Themist. orat. III, p. 62. ed. Remi.

Medium est apud Xenophontem Hist. Graec. V, 3, 1: ἅμα τῷ ἦρι ὑποφαινομένῳ. Isocrat. Archid. c. 17: οὐδεμιᾶς αὐτῷ σωτηρίας ὑποφαινομένης; ita edidit Bekkerus ex cod. Vat. atque ita scripsit Aelianus laudans hunc Isocr. locum. Eadem verba leguntur in Paneg. c. 26. ubi itidem vulg: ὑπολειπομένης pro ὑποφαινομένης, in uno cod. est: ὑποφαινούσης. vide ad h. l. Dindorf. et Orelli ad Isocr. Antid. p. 230. Caeterum nostro hoc loco post verbum ὑποφαινούσας commate oratio est distinguenda, ut οὐκ ἐτόλμησε δέκα μόνον τάλαντα δοῦναι referatur ad εἰς τὴν Θηβαίων σωτηρίαν. p. 19: χρήματα ἔλαβεν εἰς τὴν τούτων σωτηρίαν. p. 14. p. 16: δοῦναι τὰ χρήματα εἰς

τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν. Isocrates in Antid. §. 109: εἰς τὸν περίπλουν — τρία καὶ δέκα μόνον τάλαντα δούσης αὐτῷ τῆς πόλεως. Areopag. c. 28: δανεισαμένων ἑκατὸν τάλαντα εἰς τὴν πολιορκίαν. Et loco huic nostro simillimo Aeschin. p. 415: ἀπὸ πολλῶν ὧν ἔχεις εἰς τὴν τῶν τειχῶν οἰκοδομίαν μικρὰ κατέθηκας, δέκα τάλαντα εἰς ταῦτα ἐκ τῆς πόλεως εἰληφώς.

Ibidem.

ὑφ' ὑμῶν ἐλέου τινὸς τυγχάνειν.

τυγχάνειν ὑπό τινος mihi quidem est inauditum, nec existimo graece dici posse pro τυγχάνειν παρά τινος. Praepositionem ὑφ' delendam esse putarem, si τυγχάνειν cum genitivo duplici posset conjungi, quod non sine causa addubitat Kruegerus ad Xenoph. Anab. p. 40. Mutare tamen non audeo, cum ἐλέου τυγχάνειν idem sit, atque eodem modo construi posse videatur, ac passivum ἐλεεῖσθαι. Lysias p. 599: ἐλεεῖσθαι ὑφ' ὑμῶν καὶ τῶν δικαίων τυγχάνειν sc. ὑφ' ὑμῶν s. παρ' ὑμῶν, quo tamen loco non confirmatur τυγχάνειν ὑπό τινος. Ipse Dinarchus p. 13: συγγνώμης — ἐτύγχανε παρὰ τῶν —.

Pag 16. et 17.

ἀκούσονται τὴν κρίσιν — πάντες ἄνθρωποι.

Hoc modo saepe ab oratoribus judices docet admonitos esse Abramius ad Cic. orat. pro Milone p. 789. ed. Graev. laudans etiam Dinarchi locum p. 35: πολλοὶ — θεωροῦσιν ὑμᾶς, πῶς τοῦτον δικάσετε τὸν ἀγῶνα.

Pag. 17.

ὑμεῖς ἔσθ' οἱ διὰ πολλῷ τῶν ὑπὸ τούτου πεπραγμένων ἀδικημάτων ἐλάττω, μεγάλας — ἐνίοις ἐπιτεθεικότες τιμωρίας.

Haec ita sunt expedienda: διὰ πολλῷ ἐλάττω (ἀδικήματα) τῶν ὑπὸ τ. πεπ. ἀδ. — Notavit hanc collocationem ut insolitam D' Orvill. ad Charit. p. 394, ed. Lips. qui multa ibi miscet. Saepius quidem interjicitur inter praepositionem et substantivum verbum aliquod, quod alio loco commodius collocari potuisse nobis videtur, ut apud Demosth. p. 458: ἐν οἶμαι πολλοῖς, quod imitatus est Libanius T. I, p. 12. ed. Altenb. ἐξ οἶμαι τινὸς ἀγῶνος. Differt autem ab hoc genere collocatio praepositionum, quae, si adjectivo adjunguntur particulae, quibus vis adjectivi intenditur, primo loco poni solent, ut in hoc: εἰς οὕτω πολλὰ πράγματα ἐνέπεσον, interdum interjici, ut apud Isocr. in Paneg. c. 37. οὕτω περὶ μικρῶν. Isocr. in Euthyn. c. 2: οὕτω τοῦτόν τε περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο dixit, quod verbis περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι tanquam verbo composito usus est. Antidos. §. 81: τοσούτῳ χρὴ περὶ πλείονος ποιεῖσθαι. Sin autem cum comparativo componuntur particulae, πολὺ s. πολλῷ, τοσοῦτον s. τοσούτῳ et sim., cum superlativo πολύ, ὡς, ὅτι, praepositiones inter particulas illas et inter substantivum plerumque solent interjici, ut mirer nonnullis hanc collocationem inusitatam et insolitam esse visam. Bornemannus ad Xenoph. Conv. p. 46: „*Adeo* praepositione interposita πολὺ a comparativo suo vel superlativo dirimitur," etc. vide, quae profert exempla et quem laudat Heindorf. ad Platonis Cratyl. p. 101. et ad Phaedonem p. 232. Xenoph. Cyrop. V, 3, 34: το-

σουτῳ ἐν δεινοτέροις. Anab. III, 1, 22: πολὺ σὺν φρονήματι μείζονι, ubi vide, quae habet Kruegerus. Isocr. in Plataico c. 22: πολὺ περὶ μειζόνων. Multo rarius primo loco ponitur praepositio ut nostro h. l. et apud Demosth. p. 573: ἠτιμωμένοι διὰ πολλῷ [tres codd. perperam, ut nostro loco cod. Z et pr. A habent: πολλῶν. similis error est apud Isocrat. in Nicocl. c. 3.] τούτων εἰσὶν ἐλάττω πράγματα. Thucyd. I, 69: πρὸς πολλῷ δυνατωτέρους. et II, 89. Plato in Phaedone p. 89, b. Romani saepius primo loco ponunt praepositionem. Liv. XXXVII, 27: *a multo minore* Rhodia nave. XXXI, 3: *ex aliquanto minore* regno. XXI, 36: *ad multo angustiorem* ripam. Cic. Tusc. V, 8: *ex multo majore* parte. Interdum comparativum sequitur praepositio; saepe etiam interjicitur. Cic. in Verr. II, II, 44: *multo in leviore* causa. Liv. XXXIII, 2: *eo cum majore* auctoritate. cf. I, 25. XXXVI, 36. Corn. Nep. in Datam. c. 6: *non ita cum magna* manu. Thucyd. I, c. 63: ὡς ἐς ἐλάχιστον χωρίον. IV, 15: ὡς ἐπὶ πλεῖστον, quod saepe alias legitur. III, 46: ὅτι ἐν βραχυτάτῳ. ibid. ὅτι ἐπ' ἐλάχιστον. Isocrat. ad Philipp. c. 65: ὡς ἐν ἐλαχίστοις. ad quem locum Coray T. II, p. 84: ἔστι δὲ σχῆμα καθ' ὑπερβιβασμὸν ἀντὶ τοῦ ἐν ὡς ἐλαχίστοις. Demosth. p. 423: ὡς μετὰ πλείστης συγγνώμης. et p. 309. p. 585. Praepositionem ante ὡς, ὅτι positam non memini me legere. Cicero etiam de Fin. V, c. 10: se ut custodiat *quam in optimo* sui generis statu. Goerenz ad h. l. p. 562. „in quam optimo) Ita Crat. ut P. Manut. et Lamb. *correxerant*. Posteri reclamanti Grutero scriptosque impressosque vett. urgenti, nimium tribuerunt, etc.“ Post adjectivum posita est prae-

positio de Republ. II, c. 26: *quam optima in conditione vivendi.*

Ibidem.

πόλις ἀστυγειτῶν καὶ σύμμαχος ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασται.

Aeschin. Ct. p. 521: Θῆβαι — πόλις ἀστυγειτων μεθ' ἡμέραν μίαν ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασται, ubi 3 cc. habent ἀστυγειτόνων, ut nostro loco cod. L. et vulg: ἀστυγειτόνων καὶ συμμάχων. cf. Bremi ad Aeschin. l. l. (p. 112. ed. Br.) de ἀνήρπασται Budaei comment. p. 397. Wesseling. ad Diod. T. I, p. 585. qui h. l. laudat. Valken. ad Phoeniss. p. 360. D'Orvill. ad Charit. p. 393. Aeschinis locus laudatur ab Herodiano περὶ σχημάτων in Villois' Anecd. T. II, p. 93. paucis mutatis: Θ. — π. ἀστυγείτων μεθ' ἡμέραν ἐκ μέσης τῆς πόλεως ἥρπασται omisso verbo μίαν. Edit. Dindorf. (Joannes Alex.) p. 59. Θ. — π. ἀστυγείτων μεθ' ἡμέραν ἐκ μέσης τῆς ἑλλάδος ἀνηρπάσθη.

Ibidem.

ἀροῦται καὶ σπείρεται τὸ Θηβαίων ἄστυ τῶν κοινωνησάντων ἡμῖν τοῦ πρὸς Φίλιππον πολέμου.

Sumsit haec, ut videtur, Dinarchus ab Stratocle, cujus est fragmentum apud Ruhnkenium ad Rut. Lup. p. 34: ἀροῦται καὶ σπείρεται τὸ Θηβαίων ἄστυ τῶν συναγωνισαμένων ὑμῖν τὸν πρὸς Φίλιππον πόλεμον. Sed v. Ruhnk.

Pag. 18.

Λακεδαιμονίων μαχνόντων καὶ ἀπαγορευόντων μηδένα Ἀθηναίων ὑποδέχεσθαι.

Codd.: *ἰσχόντων* id est, ut interpretatur H. Wolfius, *κωλυόντων*. v. H. Steph. Thes. I, p. 1361. et 1318. Sed praestare lectioni vulgatae videtur ejusdem Wolfii emendatio *ἰσχυόντων*. Magis etiam necessaria mihi esse videtur emendatio similis Marklandi apud Lysiam p. 824: *τοὺς νόμους ἰσχειν* alii *ἔχειν*.

Pag. 19.

*μόνως γὰρ οὕτως* — *καὶ τοὺς ἄλλους ποιήσετε βελτίους, ἐὰν τοὺς ἐνδόξους τῶν πονηρῶν κολάσητε τῆς πονηρίας ἀξίως. τοὺς μὲν γὰρ τυχόντας τῶν κρινομένων, ὅταν ἁλῶσιν, οὐδεὶς οἶδεν οὐδὲ ζητεῖ πυθέσθαι τί πεπόνθασι· τοὺς δ' ἐνδόξους πάντες πυνθάνονται καὶ τοὺς δικάζοντας ἐπαινοῦσιν* etc.

Lysiam hoc loco imitatus est Dinarchus, qui p. 525: *ἐὰν μὲν τοίνυν τοὺς ἀγνῶτας κολάζητε, οὐδεὶς ἔσται τῶν ἄλλων βελτίων· οὐδεὶς γὰρ εἴσεται τὸν ὑφ' ὑμῶν καταψηφισθέντα· ἐὰν δὲ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἐξαμαρτανόντων τιμωρῆσθε πάντες πεύσονται.* cf. Lycurg. contra Leocr. p. 144.

Ibidem.

*ζητεῖ πυθέσθαι.*

Non praetereundum esse judicavi verbum *πυθέσθαι*, quod si omissum esset, nemo certe requireret. Neque tamen supervacuum est. Additur enim saepius verbo *ζητῶ* verbum aliud, quo incerta illius significatio definiatur. Demosth. p. 874: *οὕτω ζητεῖτε τὴν ἀλήθειαν εὑρεῖν.* Isocr. Paneg. c. 2: *τοὺς ζητοῦντας ἰδεῖν τι τοιοῦτον ἐν τοῖς ἐμοῖς.* Dinarch. p. 79: *μὴ τῶν παρ' ἐμοῦ λόγων ἀκούειν ζητήσητε.* p. 99: *ποῖα ἀδικήματα ζητεῖτε μείζω ἀκοῦσαι;* Aeschines

p. 633: καὶ ζητῶ πρὸς τί ἂν ἀποβλέποντες ἀποψηφίσαισθε τὴν γραφήν; „vulgo ζητῶ πυθέσθαι, quod quum tantum in cdf (codd.) Bekkerus inveniret, recte πυθέσθαι ut additamentum grammatici ejecit. ζητεῖν enim apud optimos interdum est interrogare, et adjunctam habet notionem desiderii." Bremi. Sed potuit etiam librariorum negligentia et incuria πυθέσθαι excidere.

Ejusdem generis est, quod legitur p. 60: ἐπέτρεψε τῷ συνεδρίῳ τούτῳ κρῖναι περὶ αὐτοῦ. quo loco verbum κρῖναι debebat orator omittere. Solent enim scriptores Attici κρίνειν, si ad hominem refertur, cum accusativo conjungere; sin autem ad rem aliquam, cum genitivo aut nudo aut praepositione περί s. ὑπέρ apposita, ut dicatur κρίνειν τινὰ περὶ s. ὑπὲρ πράγματος, aut κρίνειν τινὰ πράγματος. Libellus de constructione verborum ap. Hermann. de em. rat. gr. gr. p. 380: κρίνω τὸ δοκιμάζω καὶ βασανίζω αἰτιατικῇ. Eadem habet Lecapenus, cujus pleraque sunt ea, quae sunt in illo libello ab Hermanno edito, in Christ. Frid. Matthaei lectionibus Mosquens. Vol. I, p. 68. cf. Taylor. ad Lycurgi orat. p. 137. ἐπιτρέπειν autem est κύριόν τινα ποιεῖν περί τινος id est: liberum arbitrium alicui permittere seu liberum jus statuendi, ut loquitur Livius. permittere i. e. alicujus potestati permittere v. Ruhnkenii dictata ad Terent. p. 39. ed. Schopen. Dicit autem Dinarchus his verbis: ἐπέτρεψε τῷ συνεδρίῳ περὶ αὐτοῦ idem, quod dicit p. 70: ἔγραψε περὶ ἑαυτοῦ κυρίαν εἶναι τὴν βουλήν. cf. p. 58. et p. 7: συνεχώρεις, ἐὰν ἀποφήνῃ σου ἡ βουλή, θάνατον ἑαυτῷ τὴν ζημίαν. i. e. te tuamque causam Areopago permisisti s. de te tuaque causa Areopagum arbitrum statuisti. De ἐπιτρέπειν Thomas M. p. 358: ἐπιτρέπει οὐ μόνον ὁ μεί-

ζων τῷ ἐλάττονι, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον etc. Ἀριστείδης ἐν τῷ Ῥοδίοις περὶ ὁμονοίας· ὑπὲρ μὲν τῶν κατ' ἐμαυτὸν τοῖς θεοῖς ἐπιτρέπω. Isaeus p. 209: μηδὲ ταύτην κυρίαν ποιεῖν ἱερῶν, ἀλλ' ἑτέρᾳ τινὶ περὶ τούτων ἐπιτρέπειν. Lysias p. 130: οὐκ ἐπιτρέψαντες περὶ αὐτῶν τῇ τύχῃ. Plato in Gorg. p. 512, e: ἐπιτρέψαντα περὶ τούτων τῷ θεῷ. v. Alcib. I, p. 117, e. Thucyd. IV, 54: Ἀθηναίοις ἐπιτρέψαι περὶ σφῶν αὐτῶν. Plura exempla, si quis requirat, protulerunt Reiskius in indicibus ad Demosthenem, Aeschinem, Lysiam, Andocidem, et H. Steph. Thes. III, p. 1631. Eadem loquendi consuetudo invenitur apud Livium lib. XXXVI, c. 35: ut mittere legatos Romam possitis, per quos *senatui de vobis permittatis*. IX, 43: Ab senatu ad Marcium rejecti, *cui* senatusconsulto *permissum de Hernicis* erat. v. XXXIII, c. 13. XXXIX, c. 19. et eodem modo Graeci verbum συγχωρεῖν, Romani verbum *concedere* construunt. Aeschin. p. 594. Livius lib. VI, 42. Saepissime legitur ἐπιτρέπειν τινὶ περί, i. e. compromittere alicui de re v. Schelleri lex. latinum, ut apud Demosthenem p. 1013: παραγραψάμενοι Σόλωνα διαιτητὴν τούτῳ ἐπετρέψαμεν δικάσαι περὶ ὧν ἐνεκαλοῦμεν ἀλλήλοις. al: δικάσασθαι. ex hac codd. discrepantia facile quis possit conjicere ab librario aliquo additum esse hoc verbum; deest enim ibid. p. 1020: ἐπιτρέψαι Κόνωνι — περὶ ἁπάντων —. περὶ ὧν ἕτοιμος ἦν ἐπιτρέπειν Κόνωνι. ἑτέρῳ διαιτητῇ ἐπέτρεψα περὶ τῶν αὐτῶν ἐγκλημάτων. ib. p. 1021. p. 1152. p. 1153. p. 1163. p. 813. alias. Saepe enim verba adduntur a librariis, quae ipsis quidem necessaria, nobis non solum non necessaria ut. δοῦναι post verba ὄφλειν δίκην aut ποιεῖν,

γίγνεσθαι post verbum εἴωθα et similia, sed etiam obscura esse videntur. Cujus rei illustre exemplum est apud Dinarchum p. 98: ὑμεῖς οἱ τῆς δημοκρατίας καὶ τῶν νόμων φύλακες, οὓς ἡ τύχη καὶ ὁ κλῆρος ὑπὲρ τοῦ δήμου δικάσοντας ἐπέτρεψε. Pro ἐπέτρεψε Reiskius scribendum esse censet ἐπέστησε addens: „*suspectus mihi quidem vitii hic locus est.*" in quo neminem spero recusaturum, quin accedat ad Reiskii sententiam. Primum enim futurum δικάσοντας quid sit non potest intelligi; deinde ne δικάζοντας quidem convenit, nec argumentis et exemplis poterit probari graece dici ἐπιτρέπειν τινὰ δικάζοντα. Xenoph. in Anab. V, 9, 31. dixit: ἐπιτρέπειν τινὶ ἀρχήν. v. lexica. Expedita fiet oratio deleto verbo δικάσοντας si οὓς in οἷς mutaveris, ut scribatur: οἷς ἡ τύχη καὶ ὁ κλῆρος ὑπὲρ τοῦ δήμου ἐπέτρεψε. i. e. quibus commissa est *salus* publica. τύχη autem est κλῆρος et figura ἓν διὰ δυοῖν. Nam ἡ τύχη τῷ κλήρῳ ἐπέτρεψεν.

Sed altero illo Dinarchi loco p. 60. verbum κρῖναι et apud Demosthenem p. 1013. verbum δικάσαι ne ausim delere, quod saepe ab Atticis adduntur ejusmodi infinitivi, ut apud Xenoph. Hist. Gr. IV, 5, 5: ἐπιτρέψαι Ἀγησιλάῳ γνῶναι ὅτι βούλοιτο περὶ σφῶν. Vectigal. V, 7: ἐπέτρεψαν Ἀθηναίοις περὶ τῆς ἡγεμονίας θέσθαι, ὅπως βούλοιντο. Aeschin. p. 85: ἐπέτρεψαν διαγνῶναι τὸ πρᾶγμα Διοπείθει. alii saepe ἐπιτρέπειν τινὶ δίαιταν, διαιτᾶσθαι, δοκιμάζειν, alia. Antisthenes in Aj. p. 54: ἑκόντες εἶναι περὶ ἀρετῆς κρίνειν ἐπέτρεψαν ἄλλοις. ibid. p. 56. Plato de Legg. IX, p. 875, e. p. 876, a. περὶ ἀνθρώπου. ibid. p. 876, e. in Apologia Socratis

p. 35, d: ὑμῖν ἐπιτρέπω καὶ τῷ θεῷ κρῖναι περὶ ἐμοῦ ὅπῃ μέλλει ἐμοί τε ἄριστα εἶναι καὶ ὑμῖν.

Pag. 20.

μισθωτὸς οὗτός ἐστι παλαιός —

Demosth. p. 1314: παλαιὸς ὢν ἐχθρὸς ἐμοί. p. 1366: ἐραστὴν ὄντα Νεαίρας παλαιόν.

Ibidem.

οὗτος Φιλοκράτει συνεκοινολογεῖτο τῷ γράψαντι πρὸς Φίλιππον εἰρήνην, δι' ἣν ὑμεῖς ἐκεῖνον ἐξεβάλετε.

In Reiskii editione est: συνανεκοινολογεῖτο; sed συνεκοινογεῖτο, ut scripsit Bekkerus, Reiskium edere voluisse apparet ex indice Dinarcheo. Verbum συνεκοινολογεῖτο non videtur esse graecum, quod nec caeteri scriptores eo sunt usi, ut ostendunt lexica, et conjunctio verborum σύν et κοινός et λέγειν nihil aliud posset significare, quam κοινῇ σύν τινι διαλέγεσθαι, id esset: communiter cum aliquo loqui, quod vide quam sit ineptum. Cicero dixit· communiter aliquid cum aliquo possidere. Xenoph. Cyrop. I, 6, 10: κοινῇ σύν τινι σκοπεῖσθαι. Eadem ratio est verbi συγκοινοῦσθαι, inter se communicare. Thucyd. VIII, 75. Dinarchum igitur, si Demosthenem et Philoclem remotis arbitris inter se collocutos esse vellet demonstrare, dicturum fuisse arbitror ἰδιολογεῖτο, quo verbo usus est Plato Theag. p. 121, a. v. D' Orvill. ad Charit. p. 451. sive ἰδίᾳ ἐκοινολογεῖτο, ut locutus est Lucianus T. II, p. 69. Julianus in Caes. p. 31. ed. Heusing. Jam certo spero fore neminem, qui retinendum esse existimet novum illud verbum συγκοινολογεῖσθαι, quod ne librorum

fortunam, eumque in posterum vetuerunt nomen suum inscribere psephismatibus, quae esset facturus. Aesch. p. 546: οὐδ' ἐπὶ τὰ ψηφίσματα εἰᾶτε τὸ Δημοσθένους ἐπιγράφειν ὄνομα. Plutarchus, quem ad hunc Aeschinis locum laudat Bremius, τοῖς ψηφίσμασιν οὐχ ἑαυτόν, ἀλλ' ἐν μέρει τῶν φίλων ἕκαστον ἐπέγραφεν. Antea Demosthenes nomen inscribere solitus erat suis psephismatibus, eaque ψηφίσματα erant ἀτυχήματα id est causae extiterunt Atheniensibus caeterisque Graecis rerum adversarum. Verum igitur est, quod dicit H. Wolfius: Videtur significare Demosthenis decreta perniciem attulisse reipublicae.

## Pag. 23.

μετοιωνίσασθε τὰς τῆς πόλεως πράξεις, εἰς τούτους τοὺς ἡγεμόνας τὰς ἀποτυχίας τρέψαντες.

De μετοιωνίζεσθαι cf. Lennep. ad Phal. p. 397. qui etiam Dinarchi locum ibi affert. De τρέπειν εἰς Aesch. p. 624: οἱ μὲν πατέρες ὑμῶν τὰ ἔνδοξα — τῶν πραγμάτων ἀνετίθεσαν τῷ δήμῳ, τὰ δὲ ταπεινὰ — εἰς τοὺς ῥήτορας τοὺς φαύλους ἔτρεπον. Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 102. τὰς τῆς πόλεως πράξεις dicit Dinarchus, ut apparet ex apposito verbo μετοιωνίσασθε, res male gestas, res adversas. Sed vide quam sit languida oratio: μετοιωνίσασθε τὰς πράξεις τὰς ἀποτυχίας τρέψαντες εἰς — sine dubio scribendum est: μετοιωνίσασθε τὰς τῆς πόλεως πράξεις εἰς τούτους τοὺς ἡγεμόνας τῆς ἀποτυχίας τρέψαντες (sc. αὐτάς i. e. τὰς πράξεις). Dinarch. p. 24: τῶν γεγενημένων συμφορῶν ἡγεμόνα. Solent autem Graeci cum objecto uno conjungere nonnunquam verba duo, quorum alterum ponitur in participio,

quod genus conjunctionis est duplex. Prius est, quum verba duo, quorum utrique casus adjungi solet idem, ad unum idemque referuntur objectum, ut in his: *δή-σαντες πρὸς τὸν κίονα αὐτὸν — ἐμαστίγουν.* i. e. *ἔδησαν αὐτὸν καὶ ἐμαστίγουν.* Aesch. p. 83. *συλλαβὼν αὐτοὺς ἀπέκτεινεν.* Liv. I, 34: Excelsa et alta sperare complexa virum jubet. XXVI, 22: eludant nunc antiqua mirantes. Alterum genus est, cum duo ponuntur verba, quibuscum casus diversus solet conjungi, ut apud Dinarchum p. 88: *τοῦτον καταχειροτονήσας ὁ δῆμος παρέδωκεν ὑμῖν τιμωρήσασθαι.* ib. *δεῖ ὑμᾶς ὁμοθυμαδὸν καταψηφισαμένους πάντας* (sc. *τούτου*) *παραδοῦναι* (sc. *αὐτὸν*) *τοῖς ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοις.* Demosth. p. 1230: *τοὺς αἰτιωτάτους παρεδώκατε εἰς τὸ δικαστήριον καταχειροτονήσαντες προδεδωκέναι.* idem p. 584. Alia exempla collegit Kruegerus ad Dionys. Halic. p. 116.

## Pag. 25.

*ὁ γὰρ χρόνος οὐκ ἐπιδέχεται μακρολογεῖν.*

Praeferrem *ἐνδέχεται*, si cod. aliquis haberet. cf. Wyttenb. ad Plut. Moral. T. I, p. 41. Aeschines p. 216. p. 273. p. 296. Demosth. p. 307. inprimis Budaei comment. p. 699. et 700.

## Ibidem.

*φιλόπολις ἀνὴρ καὶ κηδεμών.*

Sc. *αὐτῆς* i. e. *τῆς πόλεως*, quod inest in verbo *φιλόπολις*. Thierschii Gramm. p. 477. ed. sec. „Der Ellipse verwandt ist das *σχῆμα ἀπὸ κοινοῦ* und *κατὰ τὸ σημαινόμενον*, die Redefügung, in der ein Begriff aus einem nahestehenden Worte oder Formel beigedacht

werden muſs: Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο, τῇ δεκάτῃ δ' ἀγορήνδε καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς. Iliad. I, 53. nämlich ἡμέρᾳ, was in ἐννῆμαρ angedeutet ist. etc." Haec figura exsistit, cum verbis conjunctis utuntur, tanquam si sint sejuncta. Aeschin. p. 647: δωροδοκήσαντα καὶ ἔτι καὶ νῦν κεκτημένον scil. αὐτά i. e. τὰ δῶρα. V. Heinrichius ad Hesiodi Scutum p. 183. Plato de Legg. X, p. 896, e: δυοῖν (ψυχαῖν) — τῆς τε εὐεργέτιδος καὶ τῆς τἀναντία δυναμένης ἐξεργάζεσθαι. Isocrat. Paneg. c. 49: τοὺς μὴ παντάπασιν ἀνάνδρως (i. e. ἄνευ ἀνδρίας) διακειμένους, ἀλλὰ μετρίως τούτῳ τῷ πράγματι χρωμένους i. e. τῇ ἀνδρίᾳ v. Coray ad h. l. Isocrates in antid. §. 195: ἀκμάζων καὶ παυόμενος αὐτῆς. quo loco Bekkerus pro αὐτῆς scribendum esse putat ἀκμῆς. Demosth. p. 35. et p. 174: πεζῇ καὶ ναυμαχοῦντες id est πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες, ut loquuntur Thucyd. I, c. 112. Isocr. Areop. c. 32. Xenoph. Hist. Gr. I, 1, 14. v. Wyttenb. ad Plutarchi Moral. animadv. I, p. 205. φιλόπολις et κηδεμὼν τῆς πόλεως alias non inveni conjuncta. Quid Lecapeno in mentem venerit, nequeo satis mirari; scribit enim: κηδεμὼν δὲ παρ' ἀττικοῖς οὐχ εὑρίσκεται. κοινῶς δὲ καὶ σπανίως. (in cod. Monac. 529. Nr.) βασιλεὺς — κηδεμὼν ἀνθρώπων, Pollux. p. 27. κηδεμὼν τῆς πόλεως dixit Aeschines p. 193. Xenoph. Cyrop. III, 3, 21: γῆς Μηδίας οἰκήτορας καὶ κηδεμόνας. κήδεσθαι τῆς πόλεως dixerunt Thucyd. VI, 14. Isocrates de Pace c. 15. Demosthenes saepius. Dinarch. p. 63: εἰ δ' ἔτι κηδόμεθα τῆς πατρίδος p. 68: οἱ φάσκοντες τοῦ δήμου κήδεσθαι Isocrat. de Pace c. 40: τὸ πλῆθος ἡμῶν οὐ κήδεσθαί φασιν. cap. 15: τῶν κηδομένων τῆς πόλεως, quo

loco codd. duo in antid. habent: κηδεμόνων. Non recte. ib. cap. 17: τῆς δημοκρατίας κηδομένους. Sed vide quam exquisite locutus sit Dinarchus. Plato in Polit. III, p. 412, c: δεῖ ὑπάρχειν — κηδεμόνας τῆς πόλεως — κήδοιτο δέ γ' ἄν τις μάλιστα τούτου ὃ τυγχάνοι φιλῶν. cf. p. 415, d. Eustath. ad Iliad. II: ὁ κηδόμενος φροντίζει τῶν φιλουμένων. Isocr. Philipp. c. 63: τὸ δαιμόνιον — οὐκ ἐμοῦ φροντίζον ἀλλὰ τῆς Ἑλλάδος κηδόμενον. Homer. Iliad. IX, v. 341: — ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων Τὴν αὐτοῦ (ἄλοχον sc.) φιλέει καὶ κήδεται. Plato Sympos. p. 210, c: ἐρᾷν καὶ κήδεσθαι. Aristoph. Nub. v. 1411: εὐνοῶν τε καὶ κηδόμενος. Cf. Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 726. Aristoph. Eqq. v. 1351:

ΑΓΟΡΑΚΡΙΤΟΣ. πρῶτον μὲν ὁπότ' εἴποι τις ἐν τῇ 'κκλησίᾳ·
ὦ Δῆμ', ἐραστής εἰμι σὸς, φιλῶ τε σὲ
καὶ κήδομαί σου, καὶ προβουλεύω μόνος. —
τούτοις ὁπότε χρήσαιτό τις προοιμίοις,
ἀνωρτάλιζες, κἀκερουτίας.

ΔΗΜΟΣ.

ἐγώ;

ΑΓΟΡΑΚΡ.

εἶτ' ἐξαπατήσας σ' ἀντὶ τούτων ᾤχετο.

De φιλόπολις cf. Goeller ad Thucyd. II, p. 213.

Ibidem.

τοσοῦτον ἐδέησεν ὁ δημαγωγὸς — πρᾶξίν τινα προφέρειν.

H. Stephanus προσφέρειν scribendum esse putavit, quod προφέρειν significaret exprobrare. Fragm.

lexici ap. Hermannum de emend. rat. Gramm. Gr. p. 356: *προφέρω λόγους ἀντὶ τοῦ ἔμπροσθεν καὶ εἰς μέσον φέρω.* Est autem *προφέρειν* et *προφέρειν εἰς μέσον* apud Plat. de Legg. VII, p. 812, c. X, p. 886, d. XI, p. 936, a. ubi alii codd. *προσφέρειν* habent. cf. Sophist. p. 259, d.

### Pag. 26.

*Χαρίδημος — τοῖς ἰδίοις τοῖς αὐτοῦ κινδύνοις ὑμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι βουλόμενος τὴν σωτηρίαν παρασκευάσαι.*

Non debebat Bekkerus verba *τοῖς ἰδίοις* tanquam spuria uncis notare; significant enim suis ipsius periculis; quamque sint necessaria colligitur ex iis, quae sequuntur: *περιὼν οὗτος* (Demosthenes) *κατὰ τὴν ἀγορὰν — τῶν πραττομένων εἰσεποίει κοινωνὸν αὐτόν.* Plato in Gorg. p. 502, e: *ἕνεκα τοῦ ἰδίου τοῦ αὐτῶν ὀλιγωροῦντες τοῦ κοινοῦ.* Xenoph. Hist. Gr. I, 4, 13. Vide Priscian. lib. XVII, p. 245. et qui hunc laudat, Lobeck ad Phryn. p. 441.

De Charidemo v. Wesseling. ad Diodor. T. II, p. 182. qui laudat h. l.

### Ibidem.

*ἐξέπλευσεν δ' Ἐφιάλτης.*

De Ephialte v. Wesseling. ad Diodor. T. II, p. 179. qui laudat h. l.

### Pag. 27.

*οὐδὲν οὗτος χρήσιμος ἀλλ' ἢ — συστῆσαι.*

Sine dubio scribendum est: *ἀλλ' ἤ.* i. e. *οὐδὲν ἄλλο ἤ —.* *χρήσιμος* autem, et *ὠφέλιμος* saepius cum

accusativo pronominum adject. conjunguntur. Plato Charmid. p. 174, a. ἡ σωφροσύνη ἄλλο τι ἂν εἴη ὠφελίμη ἡμῖν. Dinarch. p. 28: μικρόν τι χρήσιμος ἐγένου τοῖς —; οὐδ' ὁτιοῦν. Demosth. p. 329, a: τί τῶν ἁπάντων σὺ χρήσιμος εἶ; Pro ἄλλο ἤ, si vocali ὁ μικρῷ eliso ἄλλο ante vocalem ἤ ponitur, saepe a librariis scriptum est ἀλλ' ἤ id est ἀλλὰ ἤ, qui error in editionibus recentioribus multis locis est relictus. Complures ex scriptis Atticorum locos apponam, si forte tolli possit hoc mendum.

I. οὐδὲν ἄλλο *subjectum.* αἴτιον δ' ἐστὶ — οὐδὲν ἄλλο πλὴν ὁ πόλεμος Isocrat. Philipp. 20. οὐδὲν αὐτοῖς ἄλλο ἐλελοίπει ἢ ἀσκεῖν Xenoph. Cyrop. II, 1, 21. ὥστε μηδὲν ἄλλ' ἢ τὰς αἰσχύνας αὐτῷ περιεῖναι Aeschines p. 156. ἀλλ' cod. Bern. οὐδὲν ὑπολείπεται ἀλλ' ἢ ποιεῖν προθύμως, ὅ, τι ἂν Plato in Phaedro p. 231, b. τί λοιπόν ἐσθ' ἡμῖν ἀλλ' ἢ καταλελύσθαι Demosth. p. 731. οἱ οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι, ἢ οὗ ἂν δύνωνται ἀπρὶξ — λαβέσθαι Plato in Theaet. p. 155, e. οὔτε μέλον αὐτοῖς ἄλλο ἢ χαρίζεσθαι Plato in Gorg. p. 501, b.

II. οὐδὲν ἄλλο *praedicatum.* ἔστι γὰρ ψυχὴ πόλεως οὐδὲν ἄλλο ἢ πολιτεία Isocrat. Areop. c. 5. ubi pro ἄλλο Bekkerus: ἕτερον. ἡ ἑτέρα — οὐδὲν ἄλλο ἢ κολακεία τυγχάνει οὖσα Plato Gorg. p. 513, d. ὁ θάνατος τυγχάνει ὢν — οὐδὲν ἄλλο ἢ δυοῖν πραγμάτοιν διάλυσις. Plato ib. p. 524, b. Euthyd. p. 292, a. Polit. VIII, p. 552, b. οἱ μυρίοι ἱππεῖς οὐδὲν ἄλλο ἢ μυρίοι ἄνθρωποί εἰσιν Xenoph. Anab. III, 2, 18. Thucyd. VIII, 5. ὄνυχας εἶχον καὶ τούτους (ὄντας sc.) οὐδὲν ἄλλο ἢ ὁπλάς Lucian. T. VI, p. 146. τί ἄλλο πεποιήκασιν (s. γεγόνασιν) ἢ σφῶν αὐτῶν κατήγοροι

γεγόνασιν Demosth. p. 1108. τούτους οὐδὲν ἀλλ' ἢ δήλους ἐραστὰς νομίζω (εἶναι sc.) Lucian. T. V, p. 319. οὐδὲν ἀλλ' (Astii ed. ἄλλ' Heindorf.) ἢ χρηματιστικὸν γένος — ἐστίν — ὁ σοφιστής Plato Sophist. p. 226, a. οὐδὲν γὰρ ἀλλ' ἢ ἱεροσυλία τὸ πρᾶγμά ἐστιν Lucian. T. V, p. 56.

III. οὐδὲν ἄλλο objectum. τιμᾷν οὐδὲν ἄλλο ἢ πλοῦτον Plato Polit. VIII, p. 553, d. οὐδὲν ἐθέλοντες ἐπαινεῖν ἀλλ' ἢ τὸν πλοῦτον Politicus p. 330, b. οὐδὲν ἔφερον ἄλλο ἢ πῦρ Lucian. T. VI, p. 168. τὴν χρυσῆν σειρὰν ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει Plato in Theaet. p. 153, c. Ἀστυάναξ etc. — καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν, ἃ οὐδὲν ἀλλ' ἢ (ita Ast. ἄλλ' ἢ Heindorf.) βασιλέα σημαίνει Plato Cratyl. p. 394, c. οὐδὲν ἄλλο κατασκευάζεις — ἢ Demosth. p. 1047. Isocr. Philipp. c. 6. οὐδὲν ἀλλ' ἢ Ἀθηναίων ἔργον ἐποιήσατε Aeschin. epp. p. 700. τί αὐτὸν ᾤου ἀποκρινεῖσθαι ἀλλ' ἢ (ἄλλο ἢ alii) Plato Rival. p. 132, c. οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτ' ἀξιῶν Demosth. p. 80. τὸ μὲν οὐδὲν ἄλλο ἐᾷ λογίζεσθαι οὐδὲ σκοπεῖν ἀλλ' ἢ (ubi ἀλλ' i. e. ἀλλά referri potest ad ἄλλο — ἄλλο autem etiam ad σκοπεῖν possit referri) Plato Polit. VIII, p. 553, d. οὐδὲν ἄλλο σκοπῶν ἢ — Plato Polit. II, p. 367, e. οὐδὲν ἀλλ' ἢ τοῦτο σκοπεῖτε Lucian. T. IX, p. 75. μηδενὸς ἄλλου φροντίζειν ἢ τοῦ — Isocrat. Archid. c. 32. δι' οὐδὲν ἀλλ' ἢ διὰ σοφίαν τινὰ τοῦτο τὸ ὄνομα ἔσχηκα Plato Apolog. p. 29, d.

οὐδὲν ἄλλο *objectum cum verbo* πράττειν, ποιεῖν *compositum:* οὐδὲ γὰρ ἄλλο πράττων ἐγὼ περιέρχομαι ἢ πείθων Plato in Apolog. p. 30, a. οὐδὲν ἄλλο πράξαντες ἢ δῃώσαντες τὴν χώραν ἀπῆλθον Xenoph. Hist. Gr. VII, 4, 17. Nec aliud quidquam

egit, quam regem armavit Corn. Nep. Hannib. c. 10. ubi v. Bremi.

τί χρὴ ποιεῖν; οὐδὲν ἄλλο, ἔφη, ἢ — περιϊέναι Plato in Phaedone p. 64, a. μηδὲν ἄλλο ποιεῖν ἢ ἐσθίειν Xenoph. Memor. II, 7, 7. οὐδὲν ἄλλο ποιῶν ἢ τιμῶν Cyrop. II, 4, 9. Memorab. IV, 8, 4. οὐδὲν ἄλλο ποιεῖτε ἢ ὀνειδίζετε Lysias p. 816. Demosth. p. 92. p. 96. p. 105. p. 110. p. 148. p. 555. p. 1243. Lucian. T. IV, p. 2.

*Verbum* ποιεῖν (πάσχειν, γίγνεσθαι, quae sunt passiva verbi ποιεῖν) *per ellipsin omittitur.* οὐδὲν ἕτερον ἢ φοβούμενος Lycurg. in Leocrat. p. 162. οὐδὲν ἄλλο φανήσονται πλὴν παραδόντες Φιλίππῳ — Φωκέας. Demosth. p. 356. τοῦτον ἄλλο τι πλὴν ἀσεβεῖν φήσομεν; p. 532. Τί οὖν μ' ἄνωγας ἄλλο πλὴν ψευδῆ λέγειν; Sophocl. Philoct. v. 100. Antig. v. 646. οὐδὲν ἄλλο ἢ προσμένων Aeschin. epp. p. 684. Xenoph. Cyrop. I, 4, 24. ibid. 6, 39. Thucyd. II, 16. οὐδὲν — ἄλλο μοι δοκοῦσιν — ἢ ἁμαρτάνειν Demosth. p. 28. οὐδὲν ἄλλο ἢ χλευάζει ὑμᾶς p. 78. οὐδὲν ἀλλ' ἢ ῥαψῳδήσουσιν Demosth. p. 181. οὐδὲν ἀλλ' ἢ περὶ τῶν νόμων διαλεγόμενοι Plato de Legg. IV, p. 722, c. οὐδὲν γὰρ ἀλλ' ἢ φανερῶς ὑμῶν αὐτῶν ἔσεσθε κατεψηφισμένοι Isocrat. in Panath. §. 38. οὐδὲν ἀλλ' ἢ συμβουλεύουσιν ἡμῖν idem de Pace c. 13. προσῆκεν οὐδὲν ἄλλο ἢ — ἀπολογηθῆναι Antiphon. p. 651. Andocid. p. 50. Demosth. p. 557. οὐδὲν ἄλλο δεῖ ἢ δεῖξαι Xenoph. Oecon. 12, 15. ἐπιστάμενον ἄλλο οὐδὲν ἢ χρήματα συλλέγειν Xenoph. Memorab. II, 41. οὐδὲν ἄλλο δυναμένη ἢ ἀποδράναι Anabas. II, 2, 13. οὐδὲν ἀλλ' ἢ φενακίζειν δυνάμενος Isocr. de Pace c. 12. ὁ τούτων λόγος οὐδὲν ἀλλ' ἢ

τοῦτο φανήσεται δυνάμενος. Isocr. Plat. c. 8. quo loco editiones omnes ante Corayum habebant ἀλλ'. Coray T. II, p. 226: οὐδὲν ἄλλ' ἢ] ἐκ τοῦ ἐμοῦ ἀντιγράφου, τουτέστιν, οὐδὲν ἄλλο ἤ. Sed in hac re nihil momenti esse in codicum auctoritate ostendit Bekkerus, qui tacitus Corayum est secutus. Isocrat. Philipp. c. 53: ἴσως δ' ἂν τινες ἐπιτιμῆσαί μοι τολμήσειεν τῶν οὐδὲν ἄλλο δυναμένων ἢ τοῦτο ποιεῖν.

In his pro οὐδὲν ἀλλ' ἢ scribendum esse: οὐδὲν ἄλλ' ἢ nemo non perspiciet. Caeterum cf. Heindorf. ad Platonis Protag. p. 622. Haitinger ad Plutarchi Alcib. in Actis Philol. Monac. T. III, fasc. II, p. 168. Viger. [p. 425. ed. II. Lamb. Bos. p. 646. De οὐδὲν ἄλλο πλήν v. Dawesii Miscell. Crit. p. 185. ed. tert.

Hic verborum οὐδὲν ἄλλ' ἢ usus saepius etiam liberior est, ut apud Thucyd. VII, 75: οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἢ πόλει ἐκπεπολιορκημένῃ ἐῴκεσαν. Aristides in Leptin. p. 11. ed. Grauert. οὐδὲν ἀλλ' ἢ σώματι δόξομεν ἐοικέναι χειρῶν — ἀποροῦντι. Livius XXXI, c. 24: nec quidquam aliud, quam ad deforme spectaculum semirutae urbis cum venisset. Quo dicendi genere nemo Romanorum saepius, nemo liberius, quam Livius est usus. Xenoph. Cyrop. VIII, 3, 46: ἐμὲ μὲν μηδὲν ἄλλο ἢ ὥσπερ ξένον τρέφε. Demosth. p. 81: οὐδὲν ἄλλο ἢ πεπεισμένος ὑπὸ τούτων. p. 1143: οὐδὲν ἀλλ' ἢ βουλόμενος δοκεῖν. quo loco codd. Σ et r habent: οὐδὲν ἄλλο βουλόμενος ἤ.

De ἀλλ' ἢ v. Hermannus ad Viger. p. 612. Kruegerus ad Xenoph. Anab. p. 224: Lysias p. 632: γῆ μὲν οὐκ ἦν ἀλλ' ἢ χωρίδιον. Isocrat. περὶ ἀντιδ. §. 91: ἃς (κατηγορίας) οὐχ οἷόν τ' εἰπεῖν ἀλλ' ἢ κατὰ τῶν —. Saepius ἀλλ' ἢ sequitur antecedente ἄλλος, ut apud

Platonem in Phaedone p. 83, a: πιστεύειν μηδενὶ ἄλλῳ ἀλλ' ἢ αὐτὴν αὐτῇ. Protag. p. 356, a. in Phaedone p. 81, b: ὥστε μηδὲν ἄλλο δοκεῖν ἀληθὲς εἶναι ἀλλ' ἢ σωματοειδές. ibid. p. 97, d. in Apolog. p. 34, b. Theag. p. 123, d. in Phaedone p. 68, b: μηδαμοῦ ἄλλοθι — ἀλλ' ἢ ἐκεῖ. Isocrat. Paneg. c. 11: μηδαμῶς ἄλλως ἀλλ' ἢ—.

Ibidem.

κατασκευὴν — οἷα ἐπ' Αἰγὸς ἐγένετο.

Recipienda erat ab editoribus Wesselingii emendatio verissima: ἐπ' Ἀγίδος. Vide Wyttenb. ad Plutarchi Moral. T. I, p. 392. animadv. Plutarch. in vita Demosth. c. 24.

Ibidem.

Ἀλέξανδρος δὲ (ὡς οἱ λέγοντες) ἐν Ἰνδοῖς ἦν.

„Fort: ὡς ἐλέγετο." H. Wolfius. „Post ὡς videtur aut εἰσὶν aut ἦσαν *addendum*." Reiskius; quae Reiskii emendatio tantum abest ut sit vera, ut etiam abhorreat a linguae graecae ratione. Isocrat. in Evag. c. 11: παρακαλέσας ἀνθρώπους (ὡς οἱ τοὺς πλείστους λέγοντες) περὶ πεντήκοντα, ut edidit Bekkerus ex cod. Vaticano pro vulg: ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσιν. Differt autem ὡς οἱ λέγοντες ab ὡς ἔλεγόν τινες in eo, quod ὡς οἱ λέγοντες est: ὡς ἔλεγον οἱ λέγοντες, ὡς ἔλεγον τινες autem est: Alex. apud Indos *esse dicebatur*.

Pag. 28.

ἠσμένει μεταβολήν τινα τῶν κακῶν.

Verbo ἀσμενέω nemo Atticorum praeter Dinarchum

Reiskius, atque ita edidit ex codd. A. et Z. Bekkerus. *οἶκος* enim h. l. non potest per ellipsin supprimi, quod alias fieri solet v. Lamb. Bos. p. 341. Cornel. Nep. in Timoth. cap. 1. Timotheus — *cives suos* agro atque urbibus augeri maluit, quam id sumere, cujus partem *domum suam* (i. e. *εἰς τὸν ἴδιον οἶκον*) ferre posset. ad quem locum cf. Bremi. Cic. in Verrem act. sec. lib. IV, c. 54: Marcellus — putavit, si urbis ornamenta *domum suam* non contulisset, domum suam ornamento *urbi* futuram. Idem de Republ. lib. II, c. 9: Romulus — quum ipse nihil ex praeda *domum suam* reportaret, locupletare *cives* non destitit. Apud Demosthenem p. 564: *πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων ἐδαπανῶμεν* non debebat Bekkerus codicum duorum neque eorum bonorum (kr.) auctoritate uncis notare verbum *οἴκων*. Thucyd. VIII, 63: *εἰσφέρειν αὐτοὺς ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων προθύμως χρήματα καὶ ἤν τι ἄλλο δέῃ.* Phalar. epp. p. 358: *ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων εἰσφέρειν.*

In Dinarchi orationibus mira quadam librariorum negligentia et incogitantia factum est, ut nonnulla verba, quae maxime sunt necessaria ad sententiam, omitterentur, alia, quae non modo non necessaria et supervacua, sed etiam aliena sunt a ratione grammatica, inculcarentur. Omissa sunt p. 5. post *πατρίδι* praepositio *δι'* i. e. *διά*. p. 5: *προορῶσα ἡ βουλὴ — τὴν τούτων ἰσχὺν καὶ τὴν ἐν τῷ λέγειν καὶ πράττειν δύναμιν.* deest *δύναμιν* in edd. vulg. et in codd. L Z. p. 11: *ὅτι χρήματ' αὐτὸς ἔφη παρὰ χίων — εἰληφέναι* excidit fortasse *'Αριστοφῶν* v. Bekk. p. 13: *οὐδ' οἰόμενος δεῖν τοὺς ὀμωμοκότας κατὰ τοὺς νόμους οἴσειν τὴν ψῆφον — ἀλλ' ὑπομένων καὶ κρίνεσθαι* etc. post *ψῆφον* Wolfius excidisse putavit *ἐπιορκεῖν*, quae ingeniosa Wolfii conjectura

confirmata est codice A., in quo a manu recentiore supra textum est scriptum: ἄλλο τι προὐργιαίτερον ποιεῖσθαι τῆς εὐσεβείας, quae verba Bekkerus in textu posuit. Error autem inde est ortus, quod utrumque membrum a litteris eisdem incipit, ut librarii alicujus oculi neglecto altero illo ἄλλο ad alterum ἀλλ' delaberentur. προὐργιαίτερον ποιεῖσθαι cum alii saepe dicebant, tum ipse Dinarchus p. 9: τῆς βουλῆς — τὸ δίκαιον προὐργιαίτερον πεποιημένης sc. τῆς Δημοσθένους δυνάμεως. p. 77: οὐ χάριν προὐργιαιτέραν τῆς τοῦ δήμου χειροτονίας ἐποιησάμην.

Simile mendum latet p. 85. καθ' ἑκάστην δημοσίᾳ ἀρὰς ποιούμενοι κατὰ τῶν πονηρῶν. ubi Reiskius: „subaudi ἐκκλησίαν.“ Haec ellipsis nova est et inaudita; ipse Dinarchus p. 35. dixit: κατάρατος καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν γενόμενος. p. 33: μετεσκεύαζε τὸν νόμον καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν. Demosth. p. 110. p. 564. p. 363: Ἀρά. ταῦθ' ὑπὲρ ὑμῶν καθ' ἑκάστην τὴν ἐκκλησίαν ὁ κῆρυξ εὔχεται. [τήν addidit Bekkerus ex codd. duobus cf. Heindorf. ad Plat. Cratyl. p. 137. et Dindorf. ad Isocratis Paneg. c. 85. qui tamen modum excedit.] p. 653: διόπερ καταρᾶται καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ὁ κῆρυξ, εἴ τις — p. 319: τῷ δ' ὁ κῆρυξ καταρᾶται δικαίως; ubi in codd. tribus γρ. καταρᾶται καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν. Non autem tam saepe erat haec locutio in ore, ut ea ellipsis possit aliqua ratione probari. Ambiguum etiam est, utrum in verbis καθ' ἑκάστην cogitandum sit ἐκκλησίαν an ἡμέραν. Et verisimilius est alterum illud ἡμέραν per ellipsin omitti, quod saepissime hac locutione utuntur, ut Isocr. in Archid. c. 32: καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐνδεεῖς ὄντας τῶν ἀναγκαίων. ib. c. 28. Areop. c. 10. c. 16.

c. 16. de Pace c. 9. c. 41. Paneg. c. 6. c. 35. ubi v. Dindorf. Aeschines p. 553. Demosth. p. 247. alias. Sed ne ἡμέραν quidem videtur in hac locutione ab Atticis praetermissum esse; quamvis id doceat Gregorius Corinth. p. 32: ἀπλῶς δὲ αἱ ἐλλείψεις τῶν Ἀττικῶν μὲν ἴδιαι, οἷον· καθ' ἑκάστην, λείπει γὰρ ἡμέραν ἢ ὥραν ἢ ὅμοιόν τι τοιοῦτο. Vide quam incertum sit hoc praeceptum. Verius H. Stephanus in Thes. T. I, p. 1458: „ἑκάστης ἡμέρας vel καθ' ἑκάστην ἡμέραν et interdum etiam καθ' ἑκάστην sine substantivo." et quae Schaeferus attulit ejus ellipseos exempla ad Lamb. Bos. p. 179. ea omnia a scriptoribus aetatis deterioris sunt sumta, quibus addo auctorem fabularum Aesop. et Hermogenem. Contra apud ἡμέραν per ellipsin saepissime omittunt adjectivum ἑκάστην, ut in ὁ βίος ὁ καθ' ἡμέραν Isocrat. Areop. c. 20. c. 24. de Pace c. 12. c. 35. Demosth. p. 298. ἡ καθ' ἡμέραν δίαιτα Aeschin. p. 312. p. 560. p. 563. τὰ καθ' ἡμέραν Isocr. Philipp. c. 50. Paneg. c. 9. c. 44. Archid. c. 23. de Pace c. 16. Paneg. c. 22: τὰ καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν ἐπιτηδεύματα. Adjectivis autem τῇ ὑστεραίᾳ, τῇ προτεραίᾳ, εἰς τὴν ὑστεραίαν, τῇ ἐπιούσῃ plerumque non additur ἡμέρᾳ, ἡμέραν. v. Thiersch. Gramm. p. 473. Lobeck ad Phrynich. p. 464. Bremi ad Aesch. p. 242. Scribendum est igitur hoc Dinarchi loco: καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν.

Quae emendatio etiam verisimilior erit, cum cogitaveris ab eodem Dinarcho verba alia, quae ab caeteris Atticis saepius solent supprimi, esse posita. v. supra ἐπιτρέπειν κρῖναι περί τινος. et ζητῶ πυθέσθαι.

Dinarch. p. 93: τὸ καθ' αὑτὸν μέρος ἅπαντ' ἀνατετραφώς. p. 96: ἀποδώσεται τὸ καθ' αὑτὸν τὴν

Μουνυχίαν. Raro in hac locutione μέρος ponitur ut ap. Isocrat. in Lochit. c. 8. Lycurg. in Leocrat. p. 78. ed. Pinzg. τὰ τείχη — ὧν τὴν φυλακὴν — ἔρημον τὸ καθ' αὑτὸν μέρος κατέλιπεν. p. 126: ὥστε καὶ ὑμᾶς δεῖ — τοῦτον' κολάζειν τὸν ἅπασι τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασιν ἔνοχον ὄντα κατὰ τὸ ἑαυτοῦ μέρος. τοὺς μὲν γὰρ θεοὺς τοὺς [leg. τὰς] πατρίους τιμὰς ἀπεστέρηκε, τοὺς δὲ γονεῖς τοῖς πολεμίοις ἐγκατέλιπε, τοὺς δὲ τετελευτηκότας τῶν νομίμων οὐκ εἴασε τυχεῖν. Hoc loco verba κατὰ τὸ ἑαυτοῦ μέρος male esse collocata et sententia Lycurgi ostendit et alii loci ejusdem oratoris declarant. p. 114. ed. Pinzg. τὸ γὰρ τούτου μέρος ἐκλελειμμένη (ἡ πατρὶς) τοῖς πολεμίοις ὑποχείριός ἐστιν. p. 162: οὐδ' ἐν ἐλευθέρῳ ἐδάφει τῆς πατρίδος ταφῆναι τὸ καθ' αὑτὸν μέρος παρέδωκεν. p. 164: τοῦ — τοὺς νεὼς κατασκάπτεσθαι τὸ καθ' ἑαυτὸν γέγονεν αἴτιος. cf. p. 84. p. 92. init. Itaque illum locum p. 126. ita constituendum esse judico: — ἔνοχον ὄντα. τοὺς μὲν γὰρ θεοὺς τὰς πατρίους τιμὰς ἀπεστέρηκε κατὰ τὸ ἑαυτοῦ μέρος, τοὺς δὲ γονεῖς etc. κατὰ τὸ ἑαυτοῦ μέρος est etiam apud Isaeum v. H. Stephanus de dial. att. p. 115. et 116. Phalar. epp. p. 266.

Dinarch. p. 72: τῶν χρημάτων ἕνεκα προϊεμένους τὰ τοῦ δήμου συμφέροντα. p. 79. ἕνεκ' ἀργυρίου. Attici plerumque aut ἐπὶ μισθῷ, ἐπὶ ἀργυρίῳ, ἐπὶ χρήμασιν, aut μισθοῦ, ἀργυρίου, χρημάτων (omisso ἕνεκα). v. Matth. Gr. §. 364. Dinarch. p. 74: μισθοῦ δίκας λέγειν. v. Pierson ad Moer. p. 63. qui laudat Dinarchi h. l. et Abresch. lect. Aristaenet. p. 197. ἕνεκα χρημάτων est apud Antiphontem p. 746. Lysiam p. 7. Aeschin. p. 317.

De τοῦ λοιποῦ χρόνου et εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον infra.

Dinarch. p. 100: τὸ τοῦ δήμου πλῆθος pro τὸ πλῆθος s. ut alii loquuntur τὸ τῶν πολιτῶν πλῆθος Aeschin. p. 311. Plato de Legg. III, p. 700, d. Ammonius de differ. affinium voc. p. 40: δῆμος βαρυτόνως, τὸ πλῆθος τῆς πόλεως. Plato de Legg. III, p. 684: ὅπερ δῆμός τε καὶ πλῆθος πόλεώς ἐστιν. ib. 684, c. v. Taylor ad Demosth. p. 424.

Jam pauca disseram de iis, quae sunt a librariis inculcata. p. 24: βουλεύσας μετ' ἐκείνου τὸν Νικοδήμου θάνατον κατασκευασθέντα. quo loco delendum esse verbum κατασκευασθέντα supra demonstravimus. p. 98: οὓς ἡ τύχη καὶ ὁ κλῆρος ὑπὲρ τοῦ δήμου δικάσοντας ἐπέτρεψε, q. l. ejecto verbo δικάσοντας pro οὓς scribendum esse οἷς ad p. 19. docuimus.

P. 89: δυοῖν θάτερον ἐπὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου ποιήσει. „Praepositionem ἐπί habet cod. A. a correctore." Bekkerus. Hic corrector idem videtur esse, cui egregium illud complementum debetur p. 13: ἄλλο τι προὐργιαίτερον ποιεῖσθαι τῆς εὐσεβείας. Sed ἐπί quod h. l. addidit sine dubio est rejiciendum. Utuntur enim ea praepositione ad designandum tempus definitum aut praesens aut praeteritum, ut Dinarchus p. 66: ἐπὶ Εὐβούλου. ut alias saepe: ἐπὶ ἄρχοντος —, ἐφ' ἡλικίας, ἐπὶ γήρως, ἐπὶ τελευτῆς, ἐφ' ἡμῶν, ἐπὶ τούτου τοῦ καιροῦ, χρόνου, ἐπὶ ταύτης τῆς ἀρχῆς, ἐπὶ τῶν τριάκοντα, ἐπὶ τῶν Λακεδαιμονίων. Tempus futurum definitur praepositione εἰς. *in posterum*, *in reliquum*, *in futurum*, *in posteritatem*, *in posterum tempus*, *in reliquum tempus*.

εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον Dinarch. p. 61: αἱ

σεμναὶ θεαὶ τῇ πρὸς Ὀρέστην — κρίσει — συνοίκους ἑαυτὰς εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον κατέστησαν. Isocrat. Paneg. c. 12. Demosth. p. 297. Lycurg. in Leocr. init. Inscriptio apud Boeckh. Staatshaushaltung der Ath. p. 344. p. 352. Similiter εἰς τὸν ἔπειτα (consequens, reliquum) χρόνον Plato de Legg. II, p. 656, c. III, p. 688, d. IV, p. 704, a. Xenoph. Cyrop. I, 5, 9. εἰς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον, εἰς τὸ ἐπιόν, εἰς ἀεί, εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον.

τὸν λοιπὸν χρόνον Isocrat. Areop. c. 18. Plato in Phaedone p. 81, a. Polit. V, p. 469, a. de Legg. VIII, p. 840, d. Xenoph. Oecon. I, 23. Sophocl. Philoct. v. 84. Aristoph. Vesp. v. 1041. Thesmoph. v. 1166. ut τὸν ἐπίλοιπον χρόνον Isocr. Panath. c. 3. Plato de Legg. I, p. 628, a.

ἐς τὸ λοιπόν Thucyd. VI, c. 75. ἐςτολοιπόν Aristoph. Vesp. v. 778.

ἐς τὰ λοιπά Alexis p. 414. Macho p. 752. ed. Hertelii. ut ἐς τὰ ἔπειτα Thucyd. VI, 56.

πρὸς τὸ λοιπόν Lucian. T. V, p. 289. VII, p. 283. ut πρὸς τὸ ἐπιόν Phalar. epp. p. 204.

τὸ λοιπόν Dinarch. p. 78. Demosth. p. 515. p. 526. Plato in Phaedro p. 256, c. Sophocl. Oedip. Tyr. v. 1273. Philoct. v. 454. v. 460. Elect. v. 457. al. Aeschyl. Eumenid. v. 753: τὸ λοιπόν εἰς ἅπαντα πλειστήρη χρόνον. τολοιπόν conjunctim scribere solet Porson in editione Euripidis et Invernizius in Aristophanis ed. codicis Ravennatis auctoritatem sequens v. Beck. ad Aristoph. Plut. v. 316. Saepe tamen τὸ λοιπόν est relictum.

τὰ λοιπά Sophocl. Oedip. Col. v. 1137. Electr. v. 1226.

λοιπόν Anacreon p. 4. ed. Fischer. Palaephatus c. 44. (?)

τοῦ λοιποῦ χρόνου cf. Hermann. ad Vig. p. 706. legitur in Thucyd. libro VIII, c. 29. Isocr. in Euthyn. c. 12. Plato de Legg. XI, p. 929, e. XII, p. 954, d. Aristoph. Ran. v. 593. ubi cf. Berglerus. Sophocl. Electr. v. 817. ut τοῦ ὑπολοίπου χρόνου Thucyd. VIII, 69.

τοῦ λοιποῦ Thucyd. IV, c. 98. Plato de Legg. VII, p. 816, c. Xenoph. Hist. Gr. II, 3, 30. III, 4, 4. IV, 1, 38. V, 3, 12. Cyrop. IV, 4, 10. ib. 5, 6. Anab. V, 7, 34. Isocr. Busir. c. 22. Demosth. p. 383. p. 387. Aristid. declamat. Lept. p. 38. p. 65. Lucian. T. VI, p. 171. et p. 176. cf. Winer das neutestamentliche Sprachidiom p. 211.

τῶν λοιπῶν non dicitur graece v. Schaeferus ad Phalar. p. 337.

ἐκ τοῦ λοιποῦ Xenoph. Hist. Gr. III, 4, 9. v. lexicon Xenoph. T. III, p, 48.

ἐκ τῶν λοιπῶν Isocr. Trapez. c. 9. Antid. §. 271. Plato de Legg. IV. p. 709, e.

ἐκ τοῦ λοιποῦ χρόνου Demosth. p. 1360. (von nun an hinfort. Reiskius in indice Demosth. in v. λοιπός).

Hinc apparet apud Dinarchum aut delendam esse praepositionem, aut ἐκ pro ἐπί scribendum.

Ibidem.

σεμνότατον συνέδριον (Areopagus)

Meursius de Areopago cap. IV, p. 17. „Fuit autem senatui huic (Areopago) dignitas maxima etc. Demosthenes, orat. in Aristocratem dicit: σεμνότατον πάν-

των τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικαστήριον. Lysias, in Andocidem: ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐν τῷ σεμνοτάτῳ καὶ δικαιοτάτῳ δικαστηρίῳ. etc." vid. Boeckh. in Seebodii Archiv. anni 1826. V. et VI. fascic. p. 122.

Pag. 49.

τί ἐροῦμεν; γράψεις σὺ Δημόσθενες πολεμεῖν — ἢ πολεμεῖν μὲν οὐ γράψεις, ἀποδιδόναι δὲ — κελεύσεις;

Recte post H. Wolfium et H. Stephanum Reiskius et Bekkerus ita ediderunt pro eo, quod est in codicibus: γράφεις σὺ — et κελεύεις. In re tam perspicua nemo certe argumenta requiret.

Pag. 50.

ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων εἰσφέρειν.

Xenoph. Hier. 9, 1: ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων — δαπανᾷν εἰς τὸ κοινὸν ἀγαθόν. Dinarch. p. 50: φανερὰν κεκτῆσθαι τὴν οὐσίαν καὶ ἀπὸ ταύτης εἰσφέρειν. κτήματα, οὐσία in his est fortunae, bona, i. e. fundus, domus, pecunia. ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας s. ἐκ τῶν ἰδίων διδόναι, εἰσφέρειν etc. est *ex sua re familiari*, ut loquitur Cornel. Nep. Timoth. c. 4. Attic. c. 7. tributum conferre *ex privato* Liv. XXX, 44. XXXIV, 34.

Pag. 51.

καὶ τοὺς μὲν νόμους προλέγειν τῷ ῥήτορι καὶ τῷ στρατηγῷ, τὴν παρὰ τοῦ δήμου πίστιν ἀξιοῦντι λαμβάνειν, παιδοποιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους, γῆν ἐντὸς ὅρων κεκτῆσθαι, πάσας τὰς δικαίας πίστεις παρακαταθέμενον οὕτως ἀξιοῦν προεστάναι τοῦ δήμου· σὲ δὲ τὴν πατρῴαν γῆν πεπρακέναι, τοὺς δὲ οὐ

*γεγεννημένους υἱεῖς σαυτῷ προσποιεῖσθαι παρὰ τοὺς νόμους τῶν ἐν ταῖς κρίσεσιν ἕνεκα γινομένων ὅρκων.*

Hujus loci structura cum implicita possit videri, non ab re esse visum est paucis exponere de figura, qua usus est h. l. Dinarchus. Opponuntur inter se: A. *τοὺς μὲν νόμους* B. *σὲ δέ.* Aa. *παιδοποιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους.* Ab. *τοὺς δὲ οὐ γεγεννημένους υἱεῖς σαυτῷ προσποιεῖσθαι.* Ba. *γῆν ἐντὸς ὅρων κεκτῆσθαι.* Bb. *τὴν πατρῴαν γῆν πεπρακέναι.* Ordo igitur est hic: A. Aa. Ba — Bb. Ab. cum esse debeat: A. Aa. Ba — Ab. Bb. Haec figura a littera X aptissime est appellata Chiasmus, cujus est forma:

Aa X Bb
Ba X Ab

V. Coray ad Isocratis Schol. T. I, p. 442. Schol. Aristid. p. 104. cf. Vossius Instit. orator. T. II, p. 64. Est autem hujus figurae ratio ea, quod mens hominis res propiores (praesertim si sunt potiores) primum solet cogitatione repetere iisque alia adjungere, deinde similiter caetera repetens ad remotiora regredi. Theramenes apud Xenophontem in Hist. Gr. II, 3, 35: *ἀλλὰ πρῶτον μὲν μνησθήσομαι, ὃ τελευταῖον κατ' ἐμοῦ εἶπε* (*Κριτίας*). Demosth. p. 687: *πρῶτον μὲν ἵνα τῶν τελευταίων πρῶτον μνησθῶμεν.* v. p. 571. Aeschylus in Eumenid. v. 437:

Minerva: *λέξας δὲ χώραν καὶ γένος καὶ ξυμφορὰς*
*τὰς σάς, ἔπειτα τόνδ' ἀμυνάθου φόγον —*
*εἴπερ πεποιθὼς τῇ δίκῃ, βρέτας τόδε*
*ἧσαι φυλάσσων ἑστίας ἀμῆς πέλας.*

Orestes: Ἄνασσ' Ἀθάνα, πρῶτον ἐκ τῶν ὑστάτων
τῶν σῶν ἐπῶν μέλημ' ἀφαιρήσω μέγα.
οὐκ εἰμὶ προστρόπαιος, οὐδ' ἔχει μύσος
πρὸς χειρὶ τῇ 'μῇ τὸ σὸν 'ἐφεζομένη
βρέτας —
γένος δὲ τοὐμὸν ὡς ἔχει πεύσῃ τάχα.
Ἀργεῖός εἰμι —.

cf. Persei orationem ad legatos Romanos Liv. XLII, c. 41.

Similis est cogitationum ordo is, cum in enumerandis rebus gestis vel hominibus eos primum ponimus, qui sunt nostrae aetati propiores, ut fecit Cicero pro domo sua ad Pontif. c. 43: O Q. Catule (*patremne appellem, an filium? recentior memoria filii* est et cum rebus meis gestis conjunctior) tantumne te fefellit —?— Venio nunc *ad patrem*. Isocrat. de Pace c. 27: Ἀριστείδης καὶ Θεμιστοκλῆς καὶ Μιλτιάδης. Demosth. p. 35: τὴν Ἀριστείδου καὶ Μιλτιάδου οἰκίαν. ib. p. 689. p. 172: Θεμιστοκλέα τὸν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν στρατηγοῦντα καὶ Μιλτιάδην τὸν ἡγούμενον Μαραθῶνι. ibid. §. 22. p. 686. Aeschin. epp. p. 666. Aristot. Rhetor. II, 22: πῶς ἂν δυναίμεθα ἐπαινεῖν τοὺς Ἀθηναίους, εἰ μὴ ἔχοιμεν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν ἢ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην ἢ τὰ ὑπὲρ Ἡρακλειδῶν πραχθέντα.

Eadem ratio est pronominum ὁ μέν, οὗτος μέν, *hic*, *alter* et ὁ δέ, ἐκεῖνος δέ, *ille*, *alter*. ὁ μέν, οὗτος μέν plerumque ad ea, quae proxime antecedunt, referuntur. Isocrat. Nicocl. c. 6: τὰς μὲν ἐργασίας καθίστη αὐτοῖς κερδαλέας, τὰς δὲ πραγματείας ἐπιζημίους, ἵνα τὰς μὲν φεύγωσι, πρὸς δὲ τὰς προθύμως ἔχωσιν. Sed hujus structurae tam infinita est

exemplorum copia, ut, si plura congererem, timendum esset mihi, ne satietatem afferrem ac fastidium legentibus, eorumque otio et mea charta male abusus esse existimarer. Illud adjiciam nonnunquam ordine immutato ὁ μέν ad rem remotiorem, ὁ δέ ad propiorem referri: exempla sumam ab Isocrate, cujus est politissimum et perfectissimum genus dicendi. In Archid. c. 44: εἰ ταῖς διανοίαις ὥσπερ παρεστῶτας ἴδοιτε τοὺς γονέας καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν, τοὺς μὲν (γονέας) παρακελευομένους μὴ καταισχῦναι τὸ τῆς Σπάρτης ὄνομα — τοὺς δ' ἀπαιτοῦντας τὴν χώραν ἣν οἱ πρόγονοι κατέλιπον. de Pace. c. 9. Ἀθηνόδωρος καὶ Καλλίστρατος, ὁ μὲν (Ἀθηνόδωρος) ἰδιώτης ὤν, ὁ δὲ φυγάς. Paneg. c. 15: ἀνελόμενος πόλεμον ὑπὲρ μὲν τῶν τελευτησάντων πρὸς Θηβαίους, ὑπὲρ δὲ τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους πρὸς τὴν Εὐρυσθέως δύναμιν, τοὺς μὲν (Θηβαίους) ἐπιστρατεύσαντες ἠνάγκασαν ἀποδοῦναι θάψαι τοὺς νεκρούς — Πελοποννησίων δέ — Πελοποννησίων iterum posuit ambiguitatis vitandae causa; de qua iteratione v. Abresch. lect. Aristaenet. p. 33. Hoogeveen. ad Viger. p. 3. Immutati ordinis verborum ὁ μέν — ὁ δέ multa exempla coacervavit Fischerus in animadversionibus ad Velleri Gramm. T. I, p. 239. Homerica praebet Thiersch. Gramm. p. 468. Livius XXX, c. 30: Melior tutiorque, *certa pax*, quam sperata *victoria; haec (pax)* in tua, *illa* in deorum manu est. Cicero in Tuscul. I, c. 49: melior *Enni*, quam *Solonis* oratio. *Hic enim noster* — At vero *sapiens ille* —. V. Dukerus et Drakenb. ad Liv. XXIV, c. 29. Ruhnkenius ad Rutil. Lup. p. 126. Bangii obss. p. 925. et inprimis Gernhardus ad Cic. de Amic. p. 22. Cic. de

Fin. III, 21: *emolumenta* et *detrimenta* — *quorum altera prosunt*, *nocent altera*. cf. de Petit. consul. c. 3. de Amicit. c. 8: *Pyrrho* — *Hannibale* — *ab altero* (Pyrrho) — *alterum* —. Livius XXXV, c. 10: *Scipio* — *Quinctius* — *alter* — *in Quinctio*. Cic. de Fin. II, c. 30: *Epaminondas* — *Leonidas* — *alter* — *Leonidas autem*. In pronominibus igitur, hic, ille, alter, alter, ὁ μέν, ὁ δέ, οὗτος μέν, ἐκεῖνος δέ in consuetudinem abiit figura chiasmi.

Rarius chiasmo utuntur, cum verba singula aut singulae sententiae inter se opponuntur. Cicero pro Murena c. 18: Duae res vehementer in praetura desideratae sunt, quae ambae in consulatu Murenae profuerunt: una, exspectatio *muneris* —: altera, *quod ii, quos* in provincia — testes habuerat, nondum decesserant —. Nam et Luculli *exercitus* — et *munus* amplissimum —. Idem Philipp. III, c. 9. edictum quoddam Antonii, in quo erat scriptum: Nulla contumelia est, quam *facit dignus*. ita percenset: Primum quid est *dignus?* — quid est porro *facere contumeliam*. pro Dejotaro c. 8: Reliqua pars accusationis duplex fuit: una regem semper in speculis fuisse, quum a te *animo* esset *alieno*; altera *exercitum* eum contra te comparasse. De *exercitu* dicam breviter — *Alieno* a te *animo* fuit. de Harusp. responsis c. 26: Sequitur illud, ne *deterioribus repulsisque* honos augeatur. *Repulsos* videamus; nam *deteriores* qui sint post docebo. pro Rosc. Amerino c. 43: *dicam* — *taceam* — *taceo* — *dico*. cf. in Verr. I, c. 7. de Nat. Deor. II, c. 60: quorum *celeritas* atque *vis* nobis ipsis affert *vim* et *celeritatem*. v. Ruhnken. ad Terent. p. 37. Heindorf. ad Horat. Satyr. I, 3. v. 52. Homer Iliad. 15, v. 271:

ὥστ' ἢ ἔλαφον κεραὸν ἢ ἄγριον αἶγα
ἐσσεύοντο κύνες τε καὶ ἀνέρες ἀγροιῶται·
τὸν μὲν ἠλίβατος πέτρη καὶ δάσκιος ὕλη
εἰρύσατο.

Buttmannus in lexilogo T. II, p. 177: Es liegt am Tage, dafs, ungeachtet der etwas ungenauen Struktur, der Fels auf den Steinbock, der Wald auf den Hirsch sich bezieht. Isocrates in Paneg. c. 35: (Λακεδαιμόνιοι) πρότερον μὲν τοὺς τυράννους ἐξέβαλλον, τῷ δὲ πλήθει τὰς βοηθείας ἐποιοῦντο, νῦν δὲ τοσοῦτον μεταβεβλήκασιν, ὥστε ταῖς μὲν πολιτείαις πολεμοῦσι, τὰς δὲ μοναρχίας συγκαθιστᾶσιν. Dinarch. p. 28: ὁ τοῦ συμβουλεῦσαι καὶ γράψαι κύριος — ἔγραψάς τι — συνεβούλευσας; p. 30: Ἀριστείδην καὶ Θεμιστοκλέα — τοὺς ὀρθώσαντας τὰ τείχη καὶ τοὺς [addendum videtur τούς] φόρους ἀνενεγκόντας. Isocrat. Paneg. c. 25: πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δ' Ἄθω διορύξας (Lysias in Epitaph. p. 94: ὁδὸν μὲν διὰ τῆς θαλάσσης ἐποιήσατο, πλοῦν δὲ διὰ τῆς γῆς ἠνάγκασε γενέσθαι, ζεύξας μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, διορύξας δὲ τὸν Ἄθω.) Isocr. Philipp. c. 6: δύναμιν καὶ πλοῦτον, ἃ μόνα τῶν ὄντων καὶ πείθειν καὶ βιάζεσθαι πέφυκεν. ad quem locum cf. Coray. T. II, p. 67. Plato in Gorg. p. 474, c: οὐ ταὐτὸν ἡγῇ σὺ — καλόν τε εἶναι καὶ ἀγαθὸν καὶ κακὸν καὶ αἰσχρόν. Xenoph. in Conviv. 8, 27: οὐδὲ γὰρ (οἰόντε) ἀναισχυντίαν καὶ ἀκρασίαν παρεχόμενον ἐγκρατῆ καὶ αἰδούμενον τὸν ἐρώμενον ποιῆσαι. Sophocl. Antig. 1158: Τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ τύχη καταῤῥέπει Τὸν εὐτυ-

χοῦντα, τόν τε δυστυχοῦντ' ἀεί. Xenoph. Anab. lib. III, 5, 15: Σοῦσά τε καὶ Ἐκβάτανα — ἔνθα θερίζειν καὶ ἐαρίζειν λέγεται βασιλεύς. „θερίζειν Ecbatana spectat etc." Kruegerus. Demosth. p. 298: σύμβουλος — ῥήτωρ — λόγος — βουλεύσασθαι. Plato in Menex. p. 238, d. ubi cf. Loers Demosth. p. 312: τὴν μικρὰν καὶ φαύλην (τύχην κυριωτέραν εἶναι) τῆς ἀγαθῆς καὶ μεγάλης. p. 149: τούτων μὲν ἐκ πτωχῶν ἔνιοι ταχὺ πλούσιοι γεγόνασι καὶ ἐξ ἀνωνύμων καὶ ἀδόξων ἔνδοξοι καὶ γνώριμοι, ὑμεῖς δὲ ἐκ μὲν ἐνδόξων ἄδοξοι, ἐκ δ' εὐπόρων ἄποροι. Plutarch. Moral. T. I, p. 262: σώφρων καὶ φρόνιμος καὶ ἀνδρεῖος ἐκ δειλοῦ καὶ ἀνοήτου καὶ ἀκρατοῦς ἀποτελεσθείς. Matth. Evang. 12, 22: ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν. Rufinian. p. 220. ed. Ruhnk. παράδοξον sive ὑπομονή *sustentatio* sive *inopinatum*. Schiller T. XVI, p. 49: Der Arme und Schwache diente und empfieng, der Starke und Reiche gab und gieng müſsig. V. Valken. ad Eurip. Phoeniss. p. 242. Nonnunquam etiam verba singula vel sententiae nullo omnino ordine servato inter se opponuntur. Demosth. p. 310: γραφὰς — εὐθύνας — εἰσαγγελίας — εἰσηγγελλόμην — τὰς γραφὰς ἀπέφευγον — τὰς εὐθύνας. Isocrat. Paneg. c. 14: οὐ γὰρ μικροὺς οὐδ' ὀλίγους οὐδ' ἀφανεῖς ἀγῶνας ὑπέμειναν, ἀλλὰ πολλοὺς καὶ δεινοὺς καὶ μεγάλους. Xenoph. Memor. II, 6, 12: εἰ τὸν εἰδότα ὅτι μικρός τε καὶ αἰσχρὸς καὶ ἀσθενής ἐστιν ἐπαινοίη λέγων ὅτι καλός τε καὶ μέγας καὶ ἰσχυρός ἐστιν. Isocrat. Antid. §. 217 — 220: ἡδονῆς ἢ κέρδους ἢ τιμῆς ἕνεκα —. πότερ' ἂν ἡσθείημεν —.

οὐδὲ τιμῆς μεγάλης τύχοιμεν —. οὐδὲ — χρήματα πλεῖστ' ἂν λάβοιμεν. Concludam hanc de chiasmo disputationem eximio quodam et notabili exemplo ex Lysiae oratione ὑπὲρ τοῦ ἀδυνάτου sumto, in quo simul chiasmus inest, et inversus est ordo membrorum p. 752: οὐ γὰρ πενομένους καὶ λίαν ἀπόρως διακειμένους ὑβρίζειν εἰκός, ἀλλὰ τοὺς πολλῷ πλείω τῶν ἀναγκαίων κεκτημένους· οὐδὲ τοὺς ἀδυνάτους τοῖς σώμασιν ὄντας, ἀλλὰ τοὺς μάλιστα πιστεύοντας ταῖς αὑτῶν ῥώμαις· οὐδὲ τοὺς ἤδη προβεβηκότας τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ τοὺς ἔτι νέους καὶ νέαις ταῖς διανοίαις χρωμένους. οἱ μὲν γὰρ πλούσιοι τοῖς χρήμασιν ἐξωνοῦνται τοὺς κινδύνους, οἱ δὲ πένητες ὑπὸ τῆς παρούσης ἀπορίας σωφρονεῖν ἀναγκάζονται· καὶ οἱ μὲν νέοι συγγνώμης ἀξιοῦνται τυγχάνειν παρὰ τῶν πρεσβυτέρων, τοῖς δ' ἑτέροις ἐξαμαρτάνουσιν ὁμοίως ἐπιτιμῶσιν ἀμφότεροι· καὶ τοῖς μὲν ἰσχυροῖς ἐγχωρεῖ μηδὲν αὐτοῖς πάσχουσιν, οὓς ἂν βουληθῶσιν, ὑβρίζειν, τοῖς δὲ ἀσθενέσιν οὐκ ἔστιν οὔτε ὑβριζομένους ἀμύνεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας, οὔτε —. Vide de hac re inprimis Cicer. de Invent. lib. I, c. 23. Caeterum de figuris et de praeceptis grammaticorum statuendum est idem, quod statuit Cicero de praeceptis rhetorum in libro de Orat. I, c. 32. „Verum ego hanc vim intelligo esse in praeceptis omnibus, non ut ea secuti oratores, eloquentiae laudem sint adepti, sed quae sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam observasse atque digessisse: sic esse non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum."

Ad caetera priusquam aggrediar, paucis exponam, quid sit hoc loco verbum προλέγειν, cum neque in H. Stephani Thes. T. II, p. 620. neque in Passovii lexico

T. II, p. 558. significatio ejus verbi apta huic loco inveniatur. Lycurg. in Leocrat. p. 138: ὁ νόμος πέφυκε προλέγειν, ἃ μὴ δεῖ πράττειν. Demosth. p. 1323: ὁ νόμος οὗτος — τοῖς προαιρουμένοις ἢ γράφεσθαι γραφὰς ἢ φαίνειν ἢ ἄλλο τι ποιεῖν τῶν ἐν τῷ νόμῳ τούτῳ γεγραμμένων προλέγει διαῤῥήδην, ἐφ' οἷς ἕκαστόν ἐστι τούτων ποιητέον. Plato de Legg. V, p. 741, b: τῷ ἀπειθοῦντι νόμος προστάττει, προειπὼν ἐπὶ τούτοις κληροῦσθαι τὸν ἐθέλοντα ἢ μὴ κληροῦσθαι —. cf. Demosth. p. 711. in his προλέγειν est praedicere, praestituere, praecipere, monere; leniusque est hoc verbum, quam προστάττειν, κελεύειν, ἀπαγορεύειν, quibus verbis in hac re saepissime solent uti.

Deinde pluralis οἱ νόμοι non est lex aliqua certa, ut visum est Schoemanno, sed leges (significatione latiore) i. e. id, quod convenit atque conjunctum est cum ratione legum institutarum. Et ex verbo τῷ — ἀξιοῦντι id est si quis cupiat, facile intelligitur, non fuisse lege aliqua cautum, ne quis ad rempublicam accederet, qui liberis careret etc. Has ob caussas non omnia, quae scripsit Schoemannus de ea re in libro de Comitiis Atheniensium p. 112. et 113. probabilia mihi videntur. Scripsit autem: „Voluerunt eos, qui populi fide et publica auctoritate digni videri vellent, matrimonium nullum contraxisse, quod non esset legitimum, et fundos intra Atticae fines possidere. Laudatur ejusmodi lex a Dinarcho, sed ita, ut haud facile intelligas, utrum omnes omnino, qui in comitiis verba faciant, ea teneri dicat, an potius verba illa: τῷ ῥήτορι τὴν παρὰ τοῦ δήμου πίστιν ἀξιοῦντι λαβεῖν, ita accipienda sint, ut designentur ii, qui munere aliquo publico, legatione puta vel publicae causae patrocinio aliisque similibus

a populo ornari cupiant.“ Cautius disputavit Meierus der attische Procefs p. 203. Bei den Feldherrn (τῷ ῥήτορι καὶ τῷ στρατηγῷ Dinarch.) bezog sich die Anakrisis, wenn wir aus Dinarch g. Demosthenes p. 51. etwas folgern dürfen auch darauf, ob der Kandidat Grundstücke innerhalb Attika's besitze und in gesetzlicher ehelicher Verbindung Kinder gezeugt hätte. A. Wolfius ad Platonis Conviv. p. 52: Bei den Lacedämoniern haftete nach Lykurgs Einrichtung schwere Schande auf den Verächtern der Ehe etc. Was und ob überhaupt etwas hierüber in Athen vestgesetzt gewesen, kann ich aus Mangel an Beweisstellen nicht bestimmen. In der Rede Dinarch's wider Demosthenes, worauf die gemeinen Bücher über die Alterthümer verweisen, finde ich nichts; denn wenn p. 51. ed. R. gemeint ist, so sucht man in diesen Worten mehr als darin liegt. Videtur autem haec esse sententia Dinarchi: Leges praecipiunt, ut, si quis cupiat valere apud populum Atheniensem fide et auctoritate, is et liberos habeat legitimo connubio procreatos et fundum possideat intra fines Atticos. Liberi enim et fundi proprii maxima sunt vincula, quibus conjunguntur cives singuli cum civitate universa, fideque obstringuntur. Hinc Demosthenes p. 665. de Kersoblepte: οὐδ' ὁτιοῦν γάρ ἐστι παρ' ὑμῖν αὐτῷ, οὐ παῖδες, οὐκ εἰκών, οὐ συγγενεῖς, οὐκ ἄλλο οὐδέν. καὶ μὴν εἰ μήτε φύσει πιστὸς Κερσοβλέπτης etc. Antiphon p. 743: οὔτε γὰρ ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν καλῶς εἶχεν αὐτῷ (ἱκανὰ γὰρ ἦν τὰ ἐνέχυρα, ἃ εἴχετε αὐτοῦ, οἵ τε παῖδες καὶ τὰ χρήματα). Lysias p. 685: ὡς δ' ἦν δημοτικός, ἐγὼ ὑμῖν ἀποδείξω — ἐξὸν αὐτῷ τὴν οὐσίαν ἀφανῆ καταστήσαντι μηδὲν ὑμᾶς ὠφελεῖν, εἵλετο μᾶλλον συνειδέναι ὑμᾶς, ἵν', εἰ καὶ

T. II, p. 558. significatio ejus verbi apta huic loco inveniatur. Lycurg. in Leocrat. p. 138: ὁ νόμος πέφυκε προλέγειν, ἃ μὴ δεῖ πράττειν. Demosth. p. 1323: ὁ νόμος οὗτος — τοῖς προαιρουμένοις ἢ γράφεσθαι γραφὰς ἢ φαίνειν ἢ ἄλλο τι ποιεῖν τῶν ἐν τῷ νόμῳ τούτῳ γεγραμμένων προλέγει διαῤῥήδην, ἐφ' οἷς ἕκαστόν ἐστι τούτων ποιητέον. Plato de Legg. V, p. 741, b: τῷ ἀπειθοῦντι νόμος προστάττει, προειπὼν ἐπὶ τούτοις κληροῦσθαι τὸν ἐθέλοντα ἢ μὴ κληροῦσθαι —. cf. Demosth. p. 711. in his προλέγειν est praedicere, praestituere, praecipere, monere; leniusque est hoc verbum, quam προστάττειν, κελεύειν, ἀπαγορεύειν, quibus verbis in hac re saepissime solent uti.

Deinde pluralis οἱ νόμοι non est lex aliqua certa, ut visum est Schoemanno, sed leges (significatione latiore) i. e. id, quod convenit atque conjunctum est cum ratione legum institutarum. Et ex verbo τῷ — ἀξιοῦντι id est si quis cupiat, facile intelligitur, non fuisse lege aliqua cautum, ne quis ad rempublicam accederet, qui liberis careret etc. Has ob caussas non omnia, quae scripsit Schoemannus de ea re in libro de Comitiis Atheniensium p. 112. et 113. probabilia mihi videntur. Scripsit autem: „Voluerunt eos, qui populi fide et publica auctoritate digni videri vellent, matrimonium nullum contraxisse, quod non esset legitimum, et fundos intra Atticae fines possidere. Laudatur ejusmodi lex a Dinarcho, sed ita, ut haud facile intelligas, utrum omnes omnino, qui in comitiis verba faciant, ea teneri dicat, an potius verba illa: τῷ ῥήτορι τὴν παρὰ τοῦ δήμου πίστιν ἀξιοῦντι λαβεῖν, ita accipienda sint, ut designentur ii, qui munere aliquo publico, legatione puta vel publicae causae patrocinio aliisque similibus

a populo ornari cupiant." Cautius disputavit Meierus der attische Procefs p. 203. Bei den Feldherrn (τῷ ῥήτορι καὶ τῷ στρατηγῷ Dinarch.) bezog sich die Anakrisis, wenn wir aus Dinarch g. Demosthenes p. 51. etwas folgern dürfen auch darauf, ob der Kandidat Grundstücke innerhalb Attika's besitze und in gesetzlicher ehelicher Verbindung Kinder gezeugt hätte. A. Wolfius ad Platonis Conviv. p. 52: Bei den Lacedämoniern haftete nach Lykurgs Einrichtung schwere Schande auf den Verächtern der Ehe etc. Was und ob überhaupt etwas hierüber in Athen vestgesetzt gewesen, kann ich aus Mangel an Beweisstellen nicht bestimmen. In der Rede Dinarch's wider Demosthenes, worauf die gemeinen Bücher über die Alterthümer verweisen, finde ich nichts; denn wenn p. 51. ed. R. gemeint ist, so sucht man in diesen Worten mehr als darin liegt. Videtur autem haec esse sententia Dinarchi: Leges praecipiunt, ut, si quis cupiat valere apud populum Atheniensem fide et auctoritate, is et liberos habeat legitimo connubio procreatos et fundum possideat intra fines Atticos. Liberi enim et fundi proprii maxima sunt vincula, quibus conjunguntur cives singuli cum civitate universa, fideque obstringuntur. Hinc Demosthenes p. 665. de Kersoblepte: οὐδ' ὁτιοῦν γάρ ἐστι παρ' ὑμῖν αὐτῷ, οὐ παῖδες, οὐκ εἰκών, οὐ συγγενεῖς, οὐκ ἄλλο οὐδέν. καὶ μὴν εἰ μήτε φύσει πιστὸς Κερσοβλέπτης etc. Antiphon p. 743: οὔτε γὰρ ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν καλῶς εἶχεν αὐτῷ (ἱκανὰ γὰρ ἦν τὰ ἐνέχυρα, ἃ εἴχετε αὐτοῦ, οἵ τε παῖδες καὶ τὰ χρήματα). Lysias p. 685: ὡς δ' ἦν δημοτικός, ἐγὼ ὑμῖν ἀποδείξω — ἐξὸν αὐτῷ τὴν οὐσίαν ἀφανῆ καταστήσαντι μηδὲν ὑμᾶς ὠφελεῖν, εἵλετο μᾶλλον συνειδέναι ὑμᾶς, ἵν', εἰ καὶ

*βούλοιτο κακὸς εἶναι μὴ ἐξῇ αὐτῷ, ἀλλ' εἰσφέροι τε τὰς εἰσφορὰς καὶ λειτουργοίη*. cf. p. 693.

Quod dicit Dinarchus Demosthenem *οὐ γεγενημένους υἱεῖς αὐτῷ προσποιεῖσθαι παρὰ τοὺς νόμους τῶν ἐν ταῖς κρίσεσιν ἕνεκα γινομένων ὅρκων*, id ita expediri posse arbitror. Qui vel accusabant alios, vel ipsi accusabantur, aut aliis vel accusantibus vel accusatis praesto erant in judiciis, causam suam testimoniaque aut sua ipsorum aut aliorum jurejurando confirmare solebant. v. Schoemannus der attische Procefs p. 686. et seqq.; in fine jurisjurandi adjiciebatur fidei adstringendae causa: *ἐξώλειαν ἐπαρᾶσθαι ἑαυτῷ* i. e. ut qui pejerasset, eum dii *funditus* perderent, sive si quis haberet liberos, cum stirpe sua. Atque hoc vel simile quid in omni jurisjurandi formula additum est. Vide jurisjurandi formulam apud Demosth. p. 747. cf. Andocid. p. 49. p. 63. Antiphon p. 709. Demosth. p. 1348. Aeschin. p. 265. p. 709. Putabant enim facile fieri posse, ut homo perjurus poenas legibus humanis constitutas effugeret, deos autem serius ocius poenas aut ab eo ipso aut a stirpe ejus expetituros. Solon in poëtis Gnomicis ed. Brunck. p. 75: *αὖτις ἀναίτιοι ἔργα τίνουσιν Ἢ παῖδες τούτων ἢ γένος ἐξοπίσω*. cf. Hesiod. *ἔργα καὶ ἡμ.* v. 260. Lycurg. in Leocrat. p. 192: *τοὺς δὲ θεοὺς οὔτ' ἂν ἐπιορκήσας τις λάθοι οὔτ' ἂν ἐκφύγοι τὴν ἀπ' αὐτῶν τιμωρίαν, ἀλλ' εἰ μὴ αὐτὸς, οἱ παῖδές γε αὐτοῦ καὶ τὸ γένος ἅπαν τὸ τοῦ ἐπιορκήσαντος μεγάλοις ἀτυχήμασι περιπίπτει*. Inde orta est prava consuetudo per liberos jurandi. Atque hic *κατὰ τῶν παιδῶν ὅρκος* non lege aliqua constitutus esse videtur, sed sua sponte nec judiciorum instituto nec ab adversariis coacti ad hanc diram jurandi formulam descendebant

debant ii, qui verbis suis fidem quaesiverunt. Quod Schoemannus (der attische Procefs p. 689.) scribit arbitrari se jusjurandum κατὰ τῶν παιδῶν fuisse idem et jusjurandum κατὰ ἱερῶν τελείων, nisi quod hoc (posteriori) obstringi soliti sint ii, qui liberis caruerint, non videtur esse verisimile. — Demosthenes p. 435. reprehendens Aeschinem: ἐν τῷ δήμῳ κατηρῶ Φιλίππῳ κα κατὰ τῶν παίδων ὤμνυες ἦ μὴν ἀπολωλέναι Φίλιππον ἂν βούλεσθαι. Atque hoc Aeschines non coactus a quoquam, sed sua sponte fecit. De ὀμόσαι παραστησάμενον τοὺς παῖδας v. Schoemannus l. l. et Lucian. T. VII, p. 253. ad quem locum Reitzius: „Jac. Elsn. ad Evang. Matth. — pluribus testimoniis docet, in foro Atheniensi consuetudinem obtinuisse, ut is, qui alium gravioris criminis reum ageret, se ac liberos suos diris devoveret, si falso accusasset.“ id facere solebant ἐν ταῖς κρίσεσιν i. e. tanquam κρίνοντες et tanquam κρινόμενοι. Hoc si Elsnerus, cujus librum frustra in hac urbe quaesivi, accurate docuit et scriptorum antiquorum testimoniis confirmavit, satis perspicuum est, quid significent verba: τοὺς οὐ γεγενημένους υἱεῖς ἑαυτῷ προσποιεῖσθαι παρὰ τοὺς νόμους τῶν ἐν ταῖς κρίσεσιν ἕνεκα γινομένων ὅρκων. Habebat autem Demosthenes filiam unicam, quae teneris annis est mortua. v. Aeschines p. 469. Plutarchus in vita Demosth. c. 22. Moral. T. I, p. 416. Caeterum etiam Romae hic mos non erat inusitatus, ut patet ex Plinii epp. lib. II. ep. 20, qui scribit de Regulo: O hominem nequam — qui sibi per salutem filii pejerasset! Facit hoc Regulus non minus scelerate, quam frequenter, quod iram Deorum, quos quotidie fallit, in caput infelicis pueri detestatur. cf. interpretes ad h. l. et jusjurandum Samnitium apud Livium X, c. 38.

**Ibidem.**

*ἐγένετο πόλις, ἐγένετο μεγίστη.*

Mira haec est epizeuxis, cujus simile exemplum vix inveneris in innumera exemplorum multitudine, quae coacervarunt D' Orvill. ad Charit. p. 321. et p. 388. Fischerus ad Aristoph. Plut. v. 114. Kruegerus in annotat. ad Demosth. Phil. I, p. 22. 23. Commoda autem mihi videtur epizeuxis illa, qua usus est Dinarchus p. 19: *μόνως γὰρ οὕτως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνως καὶ τοὺς ἄλλους ποιήσετε βελτίους.* Aeschines, quem Dinarchus, ut multis aliis locis, ita h. l. quoque imitatus est, p. 58: *μόνως γὰρ ἂν οὕτως ἀνεκτοὶ γένοιντο.* Pinzgerus Dinarchi locum corruptum esse opinatur; scribit enim: Das zweite *μόνως* scheint mir durchaus überflüfsig und unpassend, entweder mufs *οὕτως* dahinter eingeschoben, oder das zweite *μόνως* ganz gestrichen werden. Cujus sententiae tantum abest ut assentiar, ut, si adesset alterum *οὕτως*, demendum esse existimarem; repetito enim verbo *οὕτως* eveniret id, quod ne eveniret, timebat Pinzgerus, ut vis sententiae infringeretur. Caetera epizeuxeos exempla, quae apud Dinarchum inveniuntur, haec fere sunt: p. 20: *μισθωτὸς οὗτος, ὦ Ἀθηναῖοι, μισθωτὸς οὗτός ἐστι παλαιός.* p. 35: *πολλοί, ὦ ἄνδρες, πολλοὶ τῶν πολιτῶν.* p. 48: *τίνας δέ; ὦ Ἀθηναῖοι (σκοπεῖτε γὰρ πρὸς ὑμᾶς αὐτούς), τίνας τὰς ἐλπίδας ἕξομεν —;* p. 54: *τότε, ὦ Ἀθηναῖοι, τότε οἱ μὲν πρότερον ὄντες λαμπροί.* p. 54: *μή, ὦ Ἀθηναῖοι, μή.* p. 89: *καλῶς γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, καλῶς οἱ πρόγονοι.* p. 102: *ἀκριβῶς γὰρ ἴστε, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀκριβῶς ὅτι —.* p. 9: *δίκαια μὲν οὖν, δίκαια τρόπον γέ τινα πάσχει τὸ συνέδριον.* p. 32:

ἐ κ ε ῖ ν ο ι ἦσαν, ἐ κ ε ῖ ν ο ι, ὦ Ἀθηναῖοι, ἄξιοι σύμβουλοι. v. Grauert. ad Aristid. Declamat. Lept. p. 96.

Pag. 52.

ὅπαντες ἂν ὁμολογήσαιεν π ρ ε σ β ύ τ ε ρ ο ι, παρ' ὧνπερ κἀγὼ τοὺς λόγους ἀκούων ἐρῶ.

Ad verbum πρεσβύτεροι addendus est articulus οἱ, ut recte vidit Bekkerus. Dinarchus p. 16. p. 54: ὡ ς ο ἱ π ρ ε σ β ύ τ ε ρ ο ι λέγουσιν. cf. Demosth. p. 419. p. 430. Demades p. 267. alias. Audivi *ex majoribus natu* Cic. de Off. I, c. 30. pro Murena c. 28. Isocrates in antid. §. 174: οἶμαι δ' ὑμᾶς οὐκ ἀγνοεῖν ὅτι τὰ πράγματα τῆς πόλεως τοῖς ἐπιγιγνομένοις καὶ τοῖς τηλικούτοις οἱ πρεσβύτεροι παραδιδόασιν. τοιαύτης οὖν ἀεὶ τῆς περιόδου γιγνομένης —.

Ibidem.

Πελοπίδας ἡγεῖτο — τοῦ ἱεροῦ λόχου.

Dux fuit delectae manus. Corn. Nep. Pelop. c. 4. Vid. Wesseling. ad Diodor. T. II, p. 66.

Ibidem.

τὴν ἀ π ό ρ θ η τ ο ν εἶναι νομιζομένην Λακεδαιμονίων χώραν.

Erat enim Laconica non solum civium virtute tuta, sed etiam montibus cincta et natura ipsa situque munita contra incursiones hostiles, ut ante hanc Thebanorum irruptionem nunquam in sua terra hostem viderint Lacedaemonii. Diodorus Sicul. T. II, p. 52: οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Ἐπαμινώνδαν ὁρῶντες τὴν τῶν Λακεδαιμονίων χώραν δ υ σ ε ί σ β ο λ ο ν οὖσαν. quo loco plura eodem pertinentia congessit Wesselingius. Idem Dio-

dorus ibid. p. 53: οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πεντακόσια ἔτη τὴν Λακωνικὴν τετηρηκότες ἀπόρθητον. quo loco v. Wesselingius, qui laudat hunc Dinarchi l. Aeschines p. 174. narrat: Senex quidam Lacedaemonius cives suos reprehendit, quod consilium hominis cujusdam nequam sequi constituissent καὶ τοιοῦτό τι ἐβλασφήμησεν, ὡς οὐ πολὺν χρόνον τὴν Σπάρτην ἀπόρθητον οἰκήσουσι, τοιούτοις ἐν ταῖς ἐκκλησίαις συμβούλοις χρώμενοι. Lysias p. 914: Λακεδαιμόνιοι — μόνοι οἰκοῦντες ἀπόρθητοι. cf. Xenoph. Hist. Gr. lib. VI, 5, 24. et Aeliani Var. Hist. XIII, c. 42.

## Ibidem.

Μεσσήνην τετρακοσιοστῷ ἔτει κατῴκισαν.

Non constat inter scriptores, quantum temporis spatium intersit inter Messenem a Lacedaemoniis eversam et restitutam a Thebanis. Dinarchus enim annos quadringentos, Lycurgus orator quingentos intercessisse memorant, veri simillimum videtur, quod Isocrates, Dionysius Halicarnasseus, Pausanias memoriae prodiderunt, trecentos post annos, quam esset excisa, restitutam esse a Thebanis. Bene de hac re exposuerunt Wesselingius ad Diodor. T. II, p. 53. Pinzgerus ad Lycurgi orat. in Leocr. p. 205.

## Ibidem.

τότε — (Thebani) ἔνδοξοι παρὰ πᾶσιν ἦσαν. πότε δ' αὖ τοὐναντίον ταπεινὰ — διεπράξαντο; ὅτ' ἐδωροδόκει — Τιμόλαος etc.

„Dinarchus postquam res Epaminondae — executus esset, Thebani, inquit, ἔνδοξοι etc. — egregie The-

banorum ducum, qui Epaminondam et Pelopidam exceperunt, artes et scelera declarans." Wesseling. ad Diod. T. II, p. 72.

Pag. 53.

ἡγεμὼν δὲ τῆς φάλαγγος κατέστη Θεαγένης.

Ita Bekkerus ex codicibus A et B edidit pro eo, quod est in Reiskii editione et in codd. L Z: κατεστάθη. Passivum κατεστάθην per se non est improbandum; Demosth. p. 266. ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ κατασταθείς, sed usitatior est aoristus secundus activi, cujus vis est et intransitiva et passiva. Isocrat. in Paneg. c. 33: ἑτέρων ἡγεμόνων καταστάντων. Archid. c. 43. Paneg. c. 9: στρατηγοὶ καταστάντες αὐτῶν. c. 25: στρατηγὸς καταστῆναι τολμήσας. Opus autem est hoc Dinarchi loco vi intransitiva.

Ibidem.

ἡ πόλις μετὰ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων ἀπώλετο καὶ συνδιεφθάρη. οὐ γὰρ ψεῦδός ἐστιν ἀλλὰ καὶ λίαν ἀληθὲς τὸ τοὺς ἡγεμόνας αἰτίους ἁπάντων γίνεσθαι καὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐναντίων τοῖς πολίταις.

Bekkerus edidit: διεφθάρη, ut est in cod. A. priori manu scriptum. Recte, ut mihi videtur. Saepius quidem verba ea, quibus praepositio σύν est adjuncta cum substantivis conjunguntur addita praepositione μετά, ut apud Isocr. in Paneg. c. 40: μετά τινος συνακολουθεῖν, ubi v. Coray et Spohnius. συστρατεύεσθαι μετά τινος Aeschines p. 314. συσσιτεῖν μετά τινος idem p. 295. p. 69. συνᾴδειν μετά τινος p. 326. συμπαραπέμπειν μετά τινος p. 331. συναποκτείνειν μετά τινος p. 314. v. Demosth. p. 304. p. 434. Romani dicere solent: *simul*, *simul cum*,

*una cum*. Saepius etiam σύν librariorum negligentia aut praetermissum est aut additum, ut potest intelligi ex Isocr. Areop. c. 5. Philipp. c. 37. Demosth. p. 307. Aeschin. p. 503. Tamen nostro hoc loco abesse malim σύν, quod etiam verbum ἀπώλετο, quod antecedit, praepositione caret. Caeterum verbo συνδιαφθείρειν usus est Dinarchus p. 100: οὐ συνδιέφθαρται τὸ τοῦ δήμου πλῆθος τῶν ῥητόρων — τισίν. Isocr. de Pace c. 16: μήπω συνδιεφθαρμένος ἡμῖν. — τὸ τοὺς ἡγεμόνας αἰτίους etc. Hanc Dinarchi sententiam laudat Wesseling. ad Diodor. T. I, p. 566.

Pag. 54.

Ἰφικράτης ἀνεῖλε τὴν Λακεδαιμονίων μόραν.

In codicibus est μοῖραν, quod H. Wolfius, Scaliger, Reiskius, Bekkerus mutandum esse censuerunt in μόραν, quorum judicio libenter assentior, quamquam editor novissimus codicum auctoritate nisus confirmare conatur μοῖραν. Wesselingius ad Diodor. T. II, p. 26. scribit: „nullum est discrimen inter μοῖρα et μόρα, nisi quod haec forma Laconicae sit dialecti. Promiscue utrumque adhibetur.“ Xenoph. de rep. Laced. c. 11: οὕτωγε μὴν κατεσκευασμένων μόρας μὲν διεῖλεν (Lycurgus) ἓξ καὶ ἱππέων καὶ ὁπλιτῶν. Ἑκάστη δὲ τῶν μορῶν ἔχει πολέμαρχον ἕνα etc. cf. Xenoph. Ages. c. 2, 23. Ubbo Emmius Graecorum resp. p. 304. p. 321. Corn. Nep. Iphicrat. c. 2: Hic (Iphicrates) exercitu *moram* Lacedaemoniorum intercepit. Cic. in Tuscul. II, c. 16. V. Taylorus ad Aeschinem p. 635. Wyttenb. Eclog. Hist. p. 415. Schneiderus ad Xenoph. Hier. c. 9, 5. quo loco itidem μοῖρα legitur. Apud Aristidem declamat. Lept. p. 77: καὶ τὴν μόραν κεκοφὼς Ἰφι-

κράτης Mor: μοῖραν. cod. Vat: μῶραν. cf. Grauert p. 189. et Wesseling. ad Diodor. T. I, p. 712. Henr. Steph. Thes. II, p. 844. Plutarchi apoph. Lac. p. 11. ed. Gierig. Apud scriptores aetatis inferioris saepius legitur μοῖρα, pars exercitus. Lucian. T. IV, p. 195. Julian. p. 46. Utrumque nomen a verbo μείρω ductum esse apparet.

Ibidem.

οἱ μὲν πρότερον ὄντες λαμπροὶ διὰ τοὺς ἡγεμόνας Λακεδαιμόνιοι καὶ ὑπὸ τοῖς ἐκείνων ἤθεσι τραφέντες.

Reiskius corrigendum esse judicat: καὶ οἱ τοῖς ἐκείνων ἤθεσιν ἐντραφέντες. quod certe deterius est, quam id, quod legitur in codd. ἐκεῖνοι autem sunt οἱ ἡγεμόνες. nam, ut dicit Dinarchus, quales sunt principes civitatis, talem necesse est evadere civitatem universam. (de sententia cf. Cicer. de Legg. III, c. 14. Epist. Fam. I, 9.) Graece porro dicitur τρέφεσθαι ἐν et ὑπὸ ἤθεσιν et ὑπὸ ἀνθρώπῳ. ἐν ἤθεσιν τρέφεσθαι v. Lennep. ad Phalar. p. 382. Thucyd. II, c. 44. et c. 61. Plato Polit. IX, p. 572, D. de Legg. I, p. 625, a. III, p. 695, e. VI, p. 751, c. Xenoph. Memorab. III, 9, 1: ἐν τοῖς αὐτοῖς νόμοις τε καὶ ἔθεσι τρεφομένους. Plato Polit. VIII, p. 558, d: υἱὸς ὑπὸ τῷ πατρὶ τεθραμμένος ἐν τοῖς ἐκείνου ἤθεσιν. VII, p. 538, c: δόγματα, ἐν οἷς ἐκτεθράμμεθα ὑπὸ γονεῦσι. — ἐν φωνῇ βαρβάρῳ τεθραμμένος Plato Protag. p. 341, c. ἐν φιλοσοφίᾳ τεθρ. Theaet. p. 172, c. ἐν μαθήμασι Timaeus p. 18, a. ἐν ἐλευθερίᾳ τρ. Theaet. p. 175, d. Xenoph. Hist. Gr. II, 3, 24. Cyrop. IV, 5, 54. ἐν νόμοις

τρ. Plato de Legg. VI, p. 771, a. Protag. p. 327, c. ἐν πολλοῖς χρήμασι τραφῆναι Plato Polit. VII, p. 537, e. Libanius T. I, p. 18. ἐν ἀφθόνοις Demosth. p. 312. ἐντρέφεσθαι ἐν μαθήμασιν Aristot. Metaph. I, p. 15. ed. Brandis. Plato de Legg. VII, p. 802, d. ἐντρέφεσθαι cum dativo nudo Plato de Legg. VII, p. 798, a. v. Wyttenb. animadv. ad Plutarch. T. I, p. 210. ὑπὸ τοιούτοις ἤθεσιν ἐπιτροπευθῆναι καὶ τραφῆναι καὶ παιδευθῆναι Isocr. Big. c. 11. ὑπὸ πόλεσι καὶ νόμοις οἰκοῦντες Isocr. Philipp. c. 6. *sub legibus vivere* Livius lib. XXI, c. 3. XXVI, c. 40. ὑπὸ τῇ ἑρμογλυφικῇ τραφείς Lucianus T. I, p. 13. παιδευόμεν ὑπὸ κωμῳδίαις Lucianus T. VII, p. 180. ὑπὸ φειδωλῷ πατρὶ τεθραμμένος Plato Polit. IX, p. 572, c. ὑπὸ πατρὶ φειδομένῳ τρεφόμενος Lucianus T. VIII, p. 248. ὑπὸ τῷ σοφωτάτῳ Χείρωνι τρεφόμενος Plato Polit. III, p. 391, c. cf. Laches p. 184, e. Aelian. V. H. XII, c. 1. Multa ejus generis congessit Matthiae in Gramm. max. §. 395.

## Pag. 55.

τὸν τῆς Ἑλλάδος ἀλιτήριον.

In edd. superioribus est: ὄλεθρον; in codd. L et Z est lacuna; ἀλιτήριόν sumsit Bekkerus ex codicibus A et B. „Nullius frugis homines — ὀλέθρους dictitabant Attici etc.“ Valkenarius in animadv. ad Ammon. p. 43. cf. Elmley ad Sophocl. Oedip. Tyr. v. 1336. Sed sine dubio verum est ἀλιτήριον, quod et librorum MSStorum auctoritate confirmatur, et apud Aeschinem bis legitur (ἀλιτήριος τῆς Ἑλλάδος) p. 521. et p. 544. ubi v. Bremi. Aeschinis autem dicendi genus

saepius imitatum esse Dinarchum supra demonstravimus.

Pag. 56.

*συσκευασάμενος τῆς διοικήσεως ὀκτὼ τάλαντα οὐδὲ φροντίσας τῆς τότε παρούσης ἀπορίας.*

Ante verbum *διοικήσεως* addenda est praepositio *ἐκ*. Pro *οὐδέ* ante verbum *φροντίσας* H. Wolfius emendavit *οὐδέν*, quam emendationem probarunt Reiskius et Bekkerus. *οὐδὲν φροντίζειν*. Isocr. Areop. c. 5. c. 38. Archid. c. 25. de Pace c. 38. Paneg. c. 34. Demosth. p. 320. p. 834. p. 1022. *οὐδέ* autem nonnunquam etiam in optimis codicibus, ut in cod. Σ. Demosth., pro *οὐδέν* ponitur ante verbum *φροντίζειν*. *οὐδέ* est ne — quidem; quod quum conjungitur cum *φροντίζειν*, *μέλειν*, aliisque ejus generis verbis, dicendum est: *οὐδ' ὁτιοῦν*, *οὐδὲ μικρόν*, *οὐδὲ βραχύ*, *οὐδ' ὀλίγον*, *οὐδὲ μικρότατον φροντίζειν*. Quare non probo, quae disseruit de *οὐδὲ μέλει* Bornemannus ad Xenoph. Conv. p. 129.

Pag. 57.

*Νικάνορι διὰ τῆς ἀρχιθεωρίας ἐντυχεῖν ἐβούλετο.*

De Nicanore Wesseling. ad Diodor. T. II, p. 263.

Ibidem.

*οὐκ ἂν ἔφασκεν ἐκ τῆς πόλεως ἐξελθεῖν οὐδὲ τὸν ἕτερον πόδα.*

„*ἀντὶ τοῦ οὐδὲ τῷ ἑτέρῳ ποδί*. nisi forte subintelligitur *ἐκβιβάσει*. aut simile quodpiam verbum.“ H. Wolfius. „Haec parum intelligo, vulgatam satis, quae idem dicit, atque si dixisset *οὐδὲ τὸν ἑαυτοῦ πόδα*

[illegible]

... Eandem hanc Aristophanis locum [illegible] in Gramm. p. 625. ed. Bas. H. Steph[illegible] Att. p. 172. quos cf. Aeschines p. 214: [illegible] φιλανθρωπίαν. p. [illegible] ὡς ἐκπεπλήχατε [illegible] v. Matth. Gramm. §. 466. Ipse Dinarchus p. 8: [illegible] τοῦ [illegible] μέλλοντος. Non igi[illegible], quin genitivus h. l. sit restituendus. Neque [illegible] quidem judicio, confirmari potest accusati[illegible] Aeschyli loco in Persis v. 977: Λέλειπται γὰρ [illegible] ἡλικίαν ἐσιδόντ' ἀστῶν. ubi [illegible] cod. habet ἐσιδόντος. v. Wellauerus ad h. l., [illegible] ad Choëph. v. 405. Elmsley ad Eurip. Heracl.

v. 693. in addendis. Cujus structurae equidem rationem nullo modo possum perspicere.

Ibidem.

τῶν ὀμωμοκότων πείθεσθαι τοῖς νόμοις — τί ποιήσετε; προήσεσθε —;

Pro πείθεσθαι substituendum videtur futurum πεισθήσεσθαι cum quod pendet infinitivus e verbo ὀμωμοκότων, tum praecipue quod sequuntur futura, quae ad πεισθήσεσθαι sunt referenda. Est autem praesens etiam apud Demosthenem p. 575: ὀμωμόκατε — τοῖς νόμοις πείθεσθαι.

Pag. 60.

τουτὶ τὸ συνέδριον — καὶ ὁ αὐτὸς τόπος καὶ ταῦτα τὰ δίκαια.

cod. B: ταῦτ' αὐτά. Vera videtur esse Wolfii emendatio: ταὐτά, quam Reiskius quoque probavit.

Pag. 61.

αὐταὶ αἱ σεμναὶ θεαὶ τῇ πρὸς Ὀρέστην ἐν τούτῳ τῷ συνεδρίῳ κρίσει γενομένῃ καὶ τῇ τούτου ἀληθείᾳ συνοίκους ἑαυτὰς εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον κατέστησαν.

Cf. de historia Abramius ad Cic. orat. pro Milone p. 798. Eurip. Orest. v. 698. seqq. Aeschyl. Eumenid. v. 673. et seqq. v. 904. et seqq. Demosth. p. 641. p. 644. inprimis Meursius de Areopago c. X, p. 85. qui diligenter omnium nomina congessit, quorum causae temporibus antiquissimis in Areopago judicatae sunt.

Ibidem.

οἱ πάντων φάσκοντες εἶναι εὐσεβέστεροι.

Sophocl. Oedip. Col. v. 260: Εἰ τάς γ' Ἀθήνας φασὶ θεοσεβεστάτας Εἶναι. ibid. v. 1125. Lycurgi orat. in Leocr. p. 147.

Comparativum eodem modo posuit Dinarchus p. 74: πλουσιώτερον ὄντα τῶν ἐν τῇ πόλει. ad quem locum Bekkerus: „quidni πλουσιώτατον?" Major vis videtur esse comparativi cum adjectivo πάντων conjuncti, quam superlativi; πάντων σοφώτατος enim est omnium sapientissimus, πάντων σοφώτερος sapientior, quam omnes reliqui. οἱ ἄλλοι autem omitti posse docet Schaeferus ad Lamb. Bos. p. 848. Demosth. p. 451: πάντων τῶν ἄλλων χείρων πολίτης. Comparativi pro superlativo positi exempla plura congesserunt Matth. Gramm. §. 457. Varennius in syntaxi graeca p. 5. Lennepius ad Phalar. p. 155. Fischerus in animadv. ad Velleri Gramm. T. III. p. 326. et 327. qui h. Dinarchi locum laudat. Schaeferus ad Lamb. Bos. p. 113. Marcus Evang. 4, 31: μικρότερος πάντων τῶν σπερμάτων ἐπὶ γῆς. Plura exempla ex N. T. scriptoribus attulit Winerus Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms p. 97. Philemon p. 38. ed. Osanni. comparativum ab superlativo recte destinxit in hunc modum: Ἀτρείδη κύδιστε, φιλοκτεανώτατε πάντων. πρὸς τὰ ὁμογενῆ μέντοι τῷ ὑπερτιθεμένῳ δεῖ τὴν ὑπέρθεσιν γίνεσθαι, ὥσπερ ἐνταῦθα, Ἀτρείδης ἄνθρωπος ὤν, πάντων ἀνθρώπων φιλοχρημάτων ὑπερτίθεται. ἀλλὰ ἔνθα ἂν μὴ ὁμογενῆ παρατιθέμενα ᾖ, ἀλλ' ἐν πολλῶν μὴ ὁμογενῶν ὑπερτίθηται, συγκριτικῶς τοῦτο προφέρομεν· ὡς ὅταν φῶ, δεινότερον πάντων θηρίων τὸν ἄνθρωπον εἶναι. οὐ γὰρ δεινότατον, ὅτι μὴ ὁμογενῆ τῷ ἀνθρώπῳ ἐστὶ τὰ θηρία. Unde apparet apud comparativum pro superlativo positum, si res ejusdem generis inter se

componuntur, cogitandum esse τῶν ἄλλων, caeteris, reliquis.

Ibidem.

ἐὰν σωφρονῆτε.

Ita saepe loquuntur oratores. Dinarch. p. 67. p. 72. p. 78. Plato in Protag. p. 332, a: ὅταν πράττωσιν ἄνθρωποι ὀρθῶς τε καὶ ὠφελίμως — σωφρονεῖν σοι δοκοῦσιν —. τοὐναντίον ἄρ' ἐστὶ τὸ ἀφρόνως πράττειν τῷ σωφρόνως. ib. p. 333, d: τὸ δὲ σωφρονεῖν λέγεις εὖ φρονεῖν.

Pag. 62.

ὧν οἴεσθε τὴν αἰτίαν τουτοισὶν ἀναθεῖναι.

Recte Wolfius ad hunc locum: „τὸ οἴεσθε ad δωροδόκους, τὸ τουτοισίν ad judices pertinet." ν ἐφελκυστικόν, quod omnes codd. habent, confirmatur etiam Grammaticorum veterum testimoniis v. Buttmanni Gramm. max. p. 315. not. idque multis aliis locis, in quibus Bekkerus, aliique qui eum sequebantur, omiserunt, ex bonis codd. restituendum videtur. — De τουτοισίν i. e. his, qui adsunt, τοῖς δικασταῖς v. Taylorus ad Demosth. p. 321, a.

